

**Capitulum 42**

**Discipulus:** Nunc videamus de doctoribus et magistris, an docentes et tenentes doctrinam hereticalem pape heretici sint fautores heretice pravitatis.

5 **Magister:** Quos comprehendis sub nomine doctorum et magistrorum.

**Discipulus:** Per doctores et magistros intelligo omnes habentes officium predicandi vel legendi doctrinam catholicam.

10 **Magister:** Ergo inter doctores et magistros reputas numerandos non solum magistros theologie sed etiam omnes lectores et bachalarios theologie, et etiam decretistas qui legunt libros decretorum et decretalium, in quibus multa que ad doctrinam spectant catholicam continentur, ac etiam prelatos plebanos et eos qui auctoritate pape vel alterius prelati habent officium predicandi.

15 **Discipulus:** Ita est. Omnes enim predicti docere habent catholicam veritatem. Quamobrem disseras an omnes predicti si docuerint publice vel tenuerint doctrinam hereticalem pape heretici sint fautores heretice pravitatis vel etiam inter hereticos computandi.

20 **Magister:** Dicitur distinguendo, quia aut doctrina pape erronea est talis quod predicti doctores et magistri tenentur explicite credere veritatem contrariam, aut est talis quod eam explicite credere non tenentur. Item, aut prius sciverunt doctrinam pape esse erroneam aut nesciverunt. Item, aut doctrina pape erronea est per ipsum solempniter diffinita seu determinata aut non est solempniter diffinita sed est solummodo pertinaciter predicata vel asserta.

---

2 an] **scilicet doctores et magistri** added We Vc\* Ba 3 sint] sunt Ly 5 comprehendis] reprehenderis An 7 intelligo] omitted Ly 8 predicandi] predicantis Bb 9–10 reputas ... magistros] omitted Bb 10 theologie] omitted Fi 10 et] vel Ly 13 etiam] presbiteros added An Fi Ly 13 prelatos] omitted Ly 13 plebanos] omitted Ww 16 si] sive Fi 18 computandi] putandi Bb 19 doctrina] doctrinam Bb 20 et] seu Bb 21–22 veritatem ... credere] omitted Bb 21 quod] predicti added We 22 esse] hereticam added Ly

Si itaque doctrina pape heretica est talis quod doctores et magistri tenentur explicite credere veritatem contrariam, quia videlicet est apud omnes catholicos divulgata, vel si prius eam tanquam catholicam didicerunt nec sunt obliti doctores et magistri docentes publice qualitercunque vel occulte doctrinam talem erroneam pape heretici, sunt fautores heretice pravitatis et heretici reputandi, quia omnis docens vel tenens assertionem hereticam cuius contrariam veritatem tenetur explicite credere est hereticus iudicandus. 30

Si autem doctrina pape erronea est talis quod doctores et magistri non tenentur explicite credere contrariam veritatem, nec est per papam solempniter diffinita seu determinata, docens eam aperte sive occulte non est ex hoc solo fautor heretice pravitatis nec hereticus iudicandus, sed est diligenter et sollicite examinandus an paratus sit corrigi, et siquidem paratus est corrigi ita quod nullo modo de pertinacia possit convinci, non est reus censendus; si vero non sit paratus corrigi sed pertinaciter in doctrina erronea pape heretici persistit, est fautor heretice pravitatis et hereticus reputandus. 35 40

Si autem doctores et magistri docent publice doctrinam pape erroneam quam sciunt per ipsum solempniter diffinitam, et docent quod huiusmodi diffinitio pape est tenenda, sunt fautores heretice pravitatis et etiam heretici reputandi, sive teneantur explicite 45

---

28 si] ipsi We 30 qualitercunque] publice Ly 32 reputandi] computandi Ly 33 tenetur] tenentur Bb 37 docens] docentes We 38 aperte] sive publice We 38 est] sunt We 38 fautor] fautores We 39 hereticus] heretici We 39 iudicandus] iudicandi We 39 est] sunt We 39–40 examinandus] examinandi We 40 paratus<sup>1</sup>] parati We 40 sit] sunt We 40 et] si *added* Bb 40 paratus<sup>2</sup>] parati We 40 est] sint We 41 possit] possint We 41 est] Ly: sunt We *omitted* Bb Fi An 41 reus] rei We 41 censendus] censendi We 42 sit] sunt We 42 paratus] parati We 42 in doctrina] *omitted* Bb 42 erronea] *omitted* Ly 43 persistit] existit An persistunt We 43 est] sunt We 43 fautor] fautores We 43 et] etiam *added* We 43 hereticus] heretici We 44 reputandus] reputandi We 45 docent] docerent Ly 48 etiam] *omitted* Ly 48 heretici] heretice Bb

credere veritatem contrariam sive non teneantur ipsam explicite  
 50 credere. Huius ratio assignatur, quia quicumque pertinaciter adhe-  
 ret doctrine contra fidem est hereticus reputandus. Sed doctores  
 et magistri docentes diffinitionem pape erroneam esse tenendam  
 pertinaciter adherent doctrine erronee diffinite, quia qui asserit  
 quod irrevocabiliter et in omnem eventum est adherendum doc-  
 55 trine erronee, ipse pertinaciter adherere eidem doctrine censetur,  
 quare est pertinax reputandus et per consequens hereticus est cen-  
 sendus. Item, non minus peccat doctor vel magister qui publice  
 docet diffinitionem pape hereticam esse tenendam quam si cons-  
 sensisset quod papa doctrinam huiusmodi solempniter diffiniret.  
 60 Sed si doctor vel magister consensisset quod papa doctrinam  
 huiusmodi diffiniret fuisset fautor heretice pravitatis. Ergo do-  
 cendo quod diffinitio eius erronea est tenenda, est fautor heretice  
 pravitatis reputandus.

### *Capitulum 43*

**Discipulus:** Quia dubito quod, si unquam aliquis papa po-  
 tens cui faveant reges et principes erit hereticus, spiritus mendax  
 erit in ore omnium vel plurium prophetarum, id est doctorum,

---

49–50 veritatem ... credere ] *omitted* Fi 50–51 adheret ] adherent Bb 58 docet ]  
 docent Bb An Fi 58–59 consensisset ] consensissent Bb An We 60 vel magister ]  
*omitted* Ly 61 huiusmodi ] solempniter *added* Ly 61–63 ergo ... pravitatis ]  
*omitted* Fi 4 id est ] et Bb Fi An

---

3–4 2 Chronicles 18:21

---

qui, secundum beatum Gregorium, ut legitur dis. 43 c. *Sit rector*, 5  
 per prophetas in sacro eloquio designantur, idcirco de doctoribus  
 qui forte erunt tempore pape heretici plura interrogare propono,  
 ad que tu breviter studeas respondere. Disseras autem in primis  
 an doctores et magistri, si papa fuerit hereticus, teneantur contra  
 doctrinam eius erroneam predicare et eam efficaciter reprobare. 10

**Magister:** Respondetur quod pro loco et tempore, debitis cir-  
 cumstantiis observatis, omnes doctores sive fuerint magistri sive  
 in alio gradu docendi officium habentes exercere in theologica fa-  
 cultate, sive fuerint habentes tantummodo officium predicandi ad  
 populum, de necessitate salutis tenentur doctrinam pape erroneam 15  
 (presertim si apud illos inter quos predicta exercent officia di-  
 vulgatur, docetur, et tenetur) efficaciter reprobare, et contrariam  
 veritatem firmiter affirmare. Hoc videtur pluribus modis posse pro-  
 bari. Primo quidem sic. In omni certamine corporali et spirituali  
 laus precipua bellatorum in hoc videtur consistere quod, suo duci 20  
 indissolubiliter adherendo, hostes eius quanto fuerint fortiores et  
 periculosiores et perniciosiores tanto magis expugnare conantur.  
 Sed in catholicorum exercitu contra agmina hereticorum primum  
 locum vel saltem non infimum bellatorum doctores obtinere vi-  
 dentur, cum secundum Innocentium tertium, ut habetur Extra, 25  
*De hereticis, Cum ex iniuncto*: “doctorum ordo sit quasi precipu-  
 us in ecclesia”, et Honorius tertius, ut habetur Extra, *Ne clerici*

---

6 designantur] desingnatur Bb 8 autem] *omitted* Ly 10 predicare] et  
 docere *added* We 10 eam] ea Bb An 10 reprobare] reprobarem Bb 12  
 fuerint] sint We 13 alio] aliquo Ly 13 habentes exercere] habentes We 14  
 sive] si Ly 15 tenentur] tenerentur Ly 16–17 divulgatur] fuerit divulgata  
 Ly 17 docetur ... tenetur) ] *omitted* Ly 17 tenetur)] ten Bb 17 et<sup>2</sup>] *omitted*  
*omitted* Bb 18 firmiter] simpliciter Ly 18 posse] *omitted* Ly 19 quidem]  
*omitted* We 22 expugnare] impugnare Ly 25–27 extra ... habetur] *omitted*  
 An Fi 26 doctorum ordo] *omitted* Ly

*vel monachi secularibus negotiis se immisceant, Super specula,*  
 predatores bellatores appellat dicens: “quia vero theologie stu-  
 30 dium cupimus *ampliari*, ut dilatato sui tentorii loco et funicu-  
 los suos faciat longiores, ut sit fides catholica circumcincta muro  
 inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat adscendentibus  
 ex adverso etc. ”, ubi dicit glossa super verbo ‘bellatorum’: “id  
 35 est predicatorum, qui possunt hereticis resistere auctoritate divine  
 scripture, qui contra nos surgunt, et ex adverso impugnant nos”.  
 Ergo predatores et doctores, quanto heretici fuerint fortiores et  
 periculosiores ac perniciosiores, tanto magis debent satagere ut eis  
 resistant ac eos expugnent, eorum doctrinam auctoritatibus sacris  
 et rationibus efficacibus reprobando. Nullus autem hereticus pote-  
 40 st esse periculosior vel perniciosior exercitui catholicorum quam  
 papa hereticus. Nullus enim alius tantam poterit habere audaciam  
 et sequelam tantam quantam papa hereticus, ergo contra ipsum  
 debent predatores et doctores et magistri precipue et toto posse  
 45 insurgere, eum aperte et per insidias ac omnibus modis congruen-  
 tibus impugnando.

**Discipulus:** Ista ratio non videtur probare intentum, quia non-  
 dum bellatorum est bellum indicere, quia secundum beatum Au-

---

29 appellat] appellant Bb Fi An 29 dicens] *omitted* Ly 29 quia] qui Ly  
 30 ampliari] ampliare Bb Fi An Ly 30 et] *omitted* Ww 31 longiores]  
 largiores Bb An Fi 32 valeat] valeant An 35 et] *omitted* Ww 35 adverso]  
 et *added* Ww 36–37 et periculosiores] *omitted* Bb Fi 37 perniciosiores] et  
*added* Bb 38 ac] *omitted* Fi 39 reprobando] repugnando We 40 vel]  
 aut Fi An 41 alius] hereticus *added* We 41 audaciam] caudam We 42  
 tantam] *omitted* We 42 ipsum] papam hereticum We 43 debent] *omitted*  
 Bb An 43 et<sup>1</sup>] *omitted* An 43 et<sup>3</sup>] potissime *added* Ww 45 impugnando]  
 impurgando Bb 46 non] *omitted* Bb 46 intentum] intellectum An  
 intemptum We 46–47 nondum] non omnium We non licet cuilibet Ly 47  
 est] *omitted* Ly et An Fi

---

33–35 Gloss, s.v. bellatorum, col.1416-1417

gustinum, ut legitur 23 q. 1 c. *Quid culpatur*: “suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes est”, ubi dicit glossa: “nullus ergo bellare potest sine auctoritate principis”. Ex quibus 50  
 verbis colligitur quod licet omnes bellatores parati debeant esse ad prelium quando princeps iubet, sine tamen auctoritate principis nulli bellare licet. Licet ergo, si papa fiat hereticus, doctores et magistri teneantur esse parati quando auctoritate principis bellum 55  
 contra papam hereticum indicetur, auctoritate tamen propria ipsum impugnare non debent. Quamdiu enim ab ecclesia toleratur doctores et magistri tacere debent.

**Magister:** Ista responsio a nonnullis frivola reputatur quantum ad tria que videtur innuere. Primum est quod contra papam hereticum non eo ipso *quod* sit hereticus sed ex edicto principis bellum geritur spirituale. Secundum est quod papa hereticus quamdiu ab ecclesia toleratur est nullatenus expugnandus. Tertium est quod in nullo casu absque auctoritate principis licet alicui bellum sive generale sive particulare contra hostem suscipere. Ista enim tria quidam reputant omnino falsa. 65

Quod enim primum sit falsum ostenditur, quia contra papam hereticum tam a principe principum, scilicet a Domino nostro Iesu Christo, quam ab apostolis vicariis eius iam est bellum in-

48 23] 13 An Fi 33 Ly 48 quid] Qui Bb Fi An We 48 belli] bellum Bb Fi An Ly 50 bellare] bellator Ly 51 licet] *omitted* Ly 51 debeant] debent Ly 52 tamen] *omitted* Bb An Fi 53 licet<sup>2</sup>] *omitted* An Fi Ly 53–55 doctores ... hereticum] *omitted* Ly 58 responsio] modo An modo *added* Fi 58 a] *omitted* Ly 58 reputatur] videtur Ly 60 non] *omitted* We 60 quod] quo Ww 60 sed] Ly: *omitted* Ww 62 expugnandus] repugnandus An 63 absque] sine Ly 64 bellum] belli Bb 64 sive<sup>1</sup>] *omitted* Ly 65 quidam] quidem Bb 67 a<sup>2</sup>] *omitted* We 68 apostolis] et *added* Bb An Fi We 68 iam] *omitted* Ly

48–49 col. 893 49–50 Gloss, s.v. principes, col. 1288

dictum. Quod enim Christus bellare spiritualiter contra papam si  
 70 fiat hereticus aperte mandaverit, apparet per illud Mat. 10 cum  
 dicit: “non veni pacem mittere sed gladium”. Per ‘gladium’ po-  
 testas bellandi datur intelligi. Christus igitur omnes catholicos in  
 bello spirituali constituit. Precipuum autem bellum catholicorum  
 75 vel periculosior est papa heretico. Ergo contra papam hereticum  
 precipue est bellandum spiritualiter, nec expectandum est edic-  
 tum principis, quia iam edictum a Christo principe est egressum.  
 Hoc etiam edictum auctoritate Christi beatus Paulus scribens ad  
 Ephesios promulgavit. Ait enim cap. 6: “accipite armaturam Dei  
 80 ut possitis resistere in die malo”, et post: “calciati pedes in prepa-  
 ratione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo  
 possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis  
 assumite, et gladium spiritus quod est verbum Dei”. Quod edic-  
 tum licet omnibus quantum ad aliqua dirigatur, tamen quantum  
 85 ad quedam specialiter predicatorum et doctorum videtur respicere.  
 Dies enim mala, imo pessima erit, si unquam papa potens regum  
 et principum favore munitus in hereticam incidet pravitatem. Pu-  
 tant enim nonnulli probabile quod tunc erit tribulatio catholico-  
 rum qualis non fuit ab initio christianitatis usque modo, et tamen  
 90 forte strages corporalis christianorum pro fide nulla vel parvis-

70 10] 14 An 18 We 71 dicit] dixit We 71 gladium<sup>2</sup>] enim *added* We 79  
 promulgavit] dum *added* Ly 79 enim] *omitted* Ly 79 cap] *omitted* Ly 79  
 6] *omitted* Bb An Fi Ly 81 in<sup>2</sup>] *omitted* An 82 possitis] possi Bb 83  
 assumite] assumere Bb An Fi 85 quedam] quosdam We aliquid Ly 88  
 nonnulli] et *added* Ly 88 probabile] est *added* Ly 88 tunc] talis Ly 89  
 tamen] tenet Bb tanta An 90–91 parvissima] *omitted* Fi minima Ly

71 Matthew 10:34 79–80 Ephesians 6:13 80–83 Ephesians 6:15-17

sima erit. Multitudo enim christianorum, licet pro temporalibus forsitan tempore pape heretici sit prelia innumera perpessura, pro fide tamen persecutionem nullam penitus sustinebit, quia absque coactione et violentia, voluntate spontanea, pape heretico adhe- 95  
rebit, et forte paucissimi eidem resistere conabuntur, et tamen omnes monet Apostolus armaturam Dei accipere ut in die ma-  
la pape heretico possint resistere. Predicatores autem et doctores specialiter exhortatur ut ad resistendum se preparent cum dicit: 100  
“calciati pedes in preparationem evangelii pacis,” ubi dicit glos-  
sa: “id est ut sitis parati ad predicandum evangelium” et quomodo 100  
se debeant preparare declarat cum asserit: “assumendum gladium spiritus quod est verbum Dei”. Hoc enim ad predicatorum et ma-  
gistros specialiter spectare dinoscitur, quorum est per verbum Dei 105  
tanquam per gladium acutissimum omnes hereticos et specialiter  
papam hereticum iugulare, et ita edictum de bello gerendo con- 105  
tra papam hereticum quod a Christo exierat cum dixit “non veni  
pacem mittere sed gladium” hic Paulus publice promulgavit cum  
gladium spiritus quod est verbum Dei ad expugnandum hereticos  
asseruit assumendum. Unde et glossa ibi dicit: “de hoc gladio 110  
Dominus ait ‘non veni pacem mittere sed gladium’”. De eodem  
ergo gladio loquuntur discipulus et magister, quare sequitur quod

91 erit] est Bb 91 temporalibus] temporibus Ly 92 tempore] *omitted*  
Ly 92 sit] sint Bb An Fi 98 exhortatur] exhortantur Bb An Fi We 100 est]  
ita *added* WeLy 100 ut] ita *added* Bb 100 sitis] sint Ly 100 quomodo]  
illo Bb 101 se debeant] se debent Ly sedebat An 101 preparare]  
imperare An Fi 101 declarat] *omitted* An Fi et *added* An Fi 103 specialiter]  
*omitted* Ly 103 spectare] *omitted* An 104 per] *omitted* Ly 104 et] *omitted*  
Ly 105 hereticum] spiritualiter *added* We 105 iugulare] iugulatio Bb 106  
dixit] dicit An Fi 107 hic] hoc Ly 107 paulus] Apostolus We 107  
promulgavit] promulgat Ly 108 dei] et *added* Ly 109 unde] Ut Bb  
109 ibi] ibidem We 111 ergo] etiam Ly

99 Ephesians 6:15 100 Glossa ordinaria, IV, p. 379, col. 3 101–102 Ephe-  
sians 6:17 109–110 Glossa ordinaria, IV, p. 379, col. 4



edictum de bello gerendo contra hereticos et specialiter contra papam hereticum a Christo principe iam exivit.

**Discipulus:** Absque magna persecutione alias auctoritates al-  
115 lega ex quibus ostenditur quod edictum de bello spirituali gerendo  
contra papam hereticum a principe iam exivit.

**Magister:** Hoc ex verbis Christi colligitur cum dicit Mat.  
16: “intuemini et cavete a fermento phariseorum et saduceoru-  
120 m”. Quod apostoli primo intelligentes de panibus postea per in-  
formationem Christi “intellexerunt quia non dixerit cavendum a  
fermento panum sed a doctrina phariseorum et saduceorum”. Sed  
non est cavendum a doctrina phariseorum et saduceorum nisi  
quia est contraria catholice veritati. Ergo si doctrina pape hereti-  
ci fuerit contraria catholice veritati ab ea penitus est cavendum.

125 Hoc autem non facient predicatorum sine certamine spirituali, er-  
go edictum de bello gerendo contra papam hereticum in simili  
Christo iam exivit. Hoc etiam Christus insinuavit cum dixit Mat.

10: “ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo  
prudentes sicut serpentes ” ne scilicet doctrina pape heretici vos  
130 seducat. Item, Mat. 24 ait: “videte ne quis vos seducat”. Quibus  
verbis Christus omnes catholicos reddit cautos ne doctrina erro-  
nea cuiuscunque sive pape sive alterius seducantur, et ut se contra  
eam expugnandam animosius attingant. Item, beatus Petrus prima  
canonica sua c. 5 ait: “vigilate quia adversarius vester diabolus

---

114 persecutione ] prosecutione Fi An We Ly 117 dicit ] dixit Bb dixit  
apostolis We Ly 119 per ] de Bb 120 quia ] quod An Fi 120 dixerit ]  
dixerat Ww 121–122 sed<sup>2</sup> ... saduceorum ] Et quare hoc Ly *omitted* An Fi  
Et quare hoc Ly 122 a ] *omitted* Bb 123 contraria ] contra Fi 124 fuerit ] sit  
An 125 hoc ] Hec Bb 127 christus ] in simili *added* Bb 127 dixit ] dicit  
Fi An Ly 129 serpentes ] et simplices sicut columbe *added* Ly 129 scilicet ] si  
Bb 130 mat ... seducat” ] *omitted* An 130 24 ] Mar. 14 Fi Mar. 13 Ly 130  
quibus ] Ex quibus Ly 133 attingant ] attingat Bb An

---

117–119 Matthew 16:6 120–121 Matthew 16:12 127–129 Matthew 10:16  
130 Matthew 24:4; Mark 13:5 133–135 1 Peter 5:8-9

tanquam etc.” (usque ad “fortes in fide”). Si autem diabolo est per fidem resistendum, etiam pape heretico qui est de ducibus *principalibus* diaboli oportet resistere orthodoxos. 135

**Discipulus:** Quamvis iste et alie auctoritates quamplurime innuere videantur quod oportet orthodoxos contra papam hereticum bellum assumere, tamen non probant specialiter quod predicatorum et doctores ac magistri debeant contra papam hereticum predicare et docere ac doctrinam eius publice reprobare. 140

**Magister:** Conceditur quod auctoritates superius allegatae et quamplures alie generales sunt, omnibus catholicis bellum spirituale contra papam hereticum indicentes. Quia enim papa hereticus fidem impugnat, et secundum Apostolum “una est fides”, ideo omnes catholici contra papam hereticum bellum debent assumere tanquam pro causa communi que una est omnium. Verumptamen sicut in exercitu se ad bellum corporale *preparante*, non omnes idem habent officium, nec omnes corporaliter preliantur (clerici enim quamvis preliari non debeant possunt tamen iusto prelio interesse ut hortentur et consulant quod expedit ad salutem; multi etiam servitores bellatorum ad preliandum minime sunt apti), nec etiam omnes bellatores eodem modo hostes impugnant (equites enim et pedites diversimode hostes invadunt), sic in exercitu catholicorum contra papam hereticum non omnes idem habent officium. Quidam namque ignorant doctrinam pape 155

---

135 etc. ... fide) ] **leo rugiens circuit querens quem devoret cui resistite fortes in fide** We Vc\* Ba 135 ad ] *omitted* Bb Ly 135 in ] *omitted* Vulg 136 ducibus ] duobus An Fi et *added* Ly 137 *principalibus*] principibus Ww

137 diaboli] diabolicus Bb 140 probant] ut *added* An 144–146 bellum ... hereticus] *omitted* Fi 145 indicentes] Ly: inducentes Ww 149 corporale] Ly: corporaliter Ww 149 *preparante*] *preparantes* Ww 151 quamvis] licet Ly 151 preliari] *omitted* Ly 151 debeant] corporaliter bellare Ly 152 iusto] isto Ly 152 hortentur] hortantur Fi 152 consulant] consulent An Fi 153 etiam] et Fi 154 etiam] *omitted* We 154 hostes] hostem Ly 157 ignorant] ignorans Bb nescirent Ly

---

146 Ephesians 4:5

erroneam per sacras scripturas efficaciter impugnare, et ideo ad  
 eos non pertinet ipsam predicando vel docendo per scripturarum  
 160 testimonia reprobare. Alii vero officium predicandi et docendi  
 veritatem catholicam et expugnandi pravitatem hereticam susce-  
 perunt, et ideo ad illos tanquam ad precipuos bellatores spectat  
 doctrinam pape erroneam fortius expugnare. Quare ex hoc ipso  
 quod omnibus orthodoxis indicitur bellum contra papam hereti-  
 165 cum, predicatoribus et doctoribus specialiter iniungi dinoscitur ut,  
 suum officium exercentes, predicando et docendo contra papam  
 hereticum et doctrinam eius insurgant. Alii vero qui scripturas  
 ignorant, bellatores spirituales corporaliter defensare, nutrire et  
 sustinere ac etiam eis favere in omnibus que ad eorum spectant  
 170 officium contra papam hereticum astringuntur.

**Discipulus:** Aliter contra predicta obiectio: quia in om-  
 nibus auctoritatibus preallegatis de papa heretico nulla fit mentio.  
 Si ergo per auctoritates ostenditur quod predicatorum et doctorum  
 debent doctrinam pape erroneam reprobare, eadem ratione debent  
 175 doctrinam erroneam cuiuscunque heretici impugnare, ad quod ta-  
 men minime sunt astricti, quia nullus predicator aut doctor posset  
 omnes doctrinas erroneas hereticorum extirpare.

**Magister:** Respondetur quod quamvis in auctoritatibus allega-  
 tis mentio verbalis non fiat de papa heretico, et ideo de omnibus  
 180 hereticis, imo de omnibus malis, debent intelligi, principaliter ta-

159 eos] ipsos Ly 159 ipsam] **doctrinam pape erroneam publice** We  
 omitted Ly 159 vel] omitted Bb 160 et docendi] omitted Bb 162 ideo]  
 omitted We 162 ad<sup>2</sup>] omitted Ly 164 indicitur] videtur Ly 165 et] omitted  
 Ly 166 exercentes] non Bb 166 et] vel An Fi 168 ignorant] ignorent An  
 Fi 168 spirituales] spiritualiter Ly 169 sustinere] sustentare We omitted  
 Ly 169 ac] omitted Ly 171 aliter] Adhuc Ly 171 contra] restat Ly omitted  
 An Fi restat Ly confirmatur To 173 ostenditur quod] quod Bb Fi omitted An  
 174 reprobare] et added Ly 175 quod] hoc Ly 177 omnes] omnem Ly  
 177 doctrinas erroneas] doctrinam erroneam Ly 177 hereticorum] omitted  
 Ly 180–181 principaliter tamen] omitted Bb

men debent intelligi de papa heretico pro eo quod ipse esset magis nocivus quam alii heretici minoris potentie et minorem sequelam habentes. Si enim contra malos et seductores oportet bellum spirituale assumere, contra magis malos et qui levius ac citius possunt decipere orthodoxos est fortius resistendum. Quare cum papa hereticus valeat plures facilius et citius seducere quam alii heretici minores, contra ipsum virilissime spiritualiter est pugnandum. 185

#### *Capitulum 44*

**Discipulus:** In responsione mea ad rationem principalem dixisti innui tria que quibusdam falsa videntur. Tractasti autem de primo illorum, nunc disere de secundo.

**Magister:** Secundum quod tua responsio videbatur innuere est quod papa hereticus quamdiu ab ecclesia toleratur est nullatenus expugnandus. Quod videbatur quibusdam falsum propter falsam implicationem. Quia si papa hereticus ab ecclesia toleratur, aut toleratur ab ecclesia catholica aut ab ecclesia heretica et schismatica. Si ab ecclesia heretica et schismatica, constat quod 5 10

---

181 debent intelligi ] *omitted* Bb 182 minoris ] minores Ly 182 potentie ] in potentia sive minoris potentie Ly  
 185 quare ] Quia Ly 187 contra ] *omitted* Bb 187 ipsum ] papam Ly 187 est ] resistendum et *added* Ly  
 2 principalem ] principales Bb 3 que ] *omitted* Bb Fi An 5 videbatur ] videatur An Fi 7 quibusdam ] esse *added* Ly 8 – 9 toleratur ... ecclesia<sup>1</sup> ] *omitted* An 9 toleratur ab ] *omitted* Fi

propter eius tolerantiam non est ab expugnatione pape heretici desistendum. Si autem toleratur ab ecclesia catholica hoc non potest contingere nisi quia ecclesia catholica ignorat papam esse hereticum. Si enim sciret ipsum esse hereticum, eum nullatenus  
 15 toleraret. Sed propter ignorantiam ecclesie catholice non est ab expugnatione pape heretici cessandum quando probari potest esse hereticus. Illi enim qui sciunt papam esse hereticum si possunt probare eum esse hereticum debent hoc ecclesie catholice nuntiare, que postquam quesierit sollicite et reperierit veritatem, papam  
 20 hereticum nullatenus tolerabit. Qui autem debent perfidiam pape heretici ecclesie catholice nuntiare debent ipsum, si habent officium docendi, efficaciter reprobare. Ergo quamvis ab ecclesia catholica ignorante papa hereticus toleretur, non debent predicatorum et doctores scientes eum esse hereticum ab eius impugnatione  
 25 cessare, et ita quamvis papa hereticus ab ecclesia catholica hoc est a multitudine christiani populi toleretur, est tamen a scientibus eum esse hereticum viriliter expugnandus.

**Discipulus:** Hic essent duo probanda, quorum primum est quod ecclesia catholica papam hereticum scienter nullatenus toleraret. Secundum est quod illi qui scirent papam esse hereticum  
 30 deberent hoc ecclesie catholice nuntiare quando possent hoc probare. Unde ista duo coneris probare.

**Magister:** Primum probatur sic. Licet ecclesia catholica quantum ad ea que facti sunt possit errare (unde et ecclesia universalis  
 11 est] *omitted* An 11 pape] *omitted* Bb 12 autem] papa hereticus  
*added* We 14 ipsum] ecclesia catholica papam We 14 eum] ipsum We  
 19 reperierit] reperierit Ly Bb We 19 veritatem] *omitted* Ly 20 nullatenus]  
 contra veritatem *added* Ly veritatem 20 debent] *omitted* Ly 21 nuntiare]  
 nuntiarent Ly 23 ignorante] **papam esse hereticum idem** *added* We 23  
 toleretur] toleratur An Fi 24 esse] *omitted* We 24 impugnatione ]  
 expugnatione An 25 hereticus ... ecclesia] *omitted* Bb 25 catholica]  
*omitted* Bb We 26 tamen] *omitted* Ly 27 expugnandus] impugnandus We  
 29 quod] ab *added* Ly 29 papam] papa Ly 29 hereticum] hereticus Ly 29  
 –30 toleraret] toleratur Ly 30 esse] *omitted* Ly 31 hoc<sup>1</sup>] hec Bb 32  
 coneris] conare We 33 catholica] orthodoxa Bb 34 facti] facta Ly 34  
 possit] possunt An

34–36 Ockham, OQ 1.17.22-24 (“Pope Joan”)

erravit quantum ad aliquid quod facti erat quando mulierem ve- 35  
 nerabatur pro papa, et sic etiam posset errare si aliquis non bapti-  
 zatus qui crederetur esse baptizatus vel aliquis occultus hereticus  
 eligeretur in papam et ab ecclesia universali pro papa haberetur),  
 tamen quantum ad ea que iuris sunt divini et naturalis ecclesia  
 universalis errare non potest. Sed si ecclesia universalis papam 40  
 hereticum toleraret, erraret quantum ad ea que sunt iuris divini quia  
 scienter haberet pro papa eum qui iure divino esset papa-  
 tu privatus quod non esset sine errore iuris divini, quia reputare  
 hereticum verum papam est contra sacram scripturam quia ex  
 scriptura divina colligitur evidenter quod papa hereticus non est 45  
 verus papa, ut ostensum est libro sexto capitulo 68. Ergo ecclesia  
 catholica nunquam scienter papam hereticum tolerabit.

**Discipulus:** Ista ratio non procedit, quia ecclesia catholica to-  
 lerando papam hereticum non erraret quantum ad ea que sunt iuris  
 divini nisi papam hereticum reputaret verum papam. Sed eccle- 50  
 sia catholica posset tolerare papam hereticum licet non reputat  
 ipsum verum papam, quia multa tolerantur que minime appro-  
 bantur, teste Innocentio tertio qui, ut habetur Extra, *De prebendis*,  
*Cum iam dudum*, ait: “cum multa per patientiam tolerentur que si  
 deducta fuerint in iudicium exigente iustitia non debeant tolerari” 55  
 Ex quibus verbis colligitur quod multa tolerantur que minime

---

35 aliquid ] ea Ly id We 35 quod ] quid An Fi que Ly 35 facti ] facta Ly 35  
 erat ] sunt Ly 36 aliquis ] quis Ly 37 qui ] tamen *added* We 37 baptizatus ]  
 dampnatus Bb An Fi 37 occultus ] occulte Ly We 39 et naturalis ] *omitted*  
 Ly 40 universalis<sup>1</sup> ] *omitted* Ly Bb 44 est ] esset Ly 46 est ] in *added* Ly  
 47 tolerabit ] toleravit Ly 49 ea ] eam Bb 50–52 ecclesia ... ipsum ]  
*omitted* Fi 52 ipsum ] eum We 54 cum<sup>1</sup> ] *omitted* Ly An Fi 54 tolerentur ]  
 tolerantur Bb An Fi 55 in ] ad Bb Fi An Ly

approbantur et ita absque errore potest ecclesia catholica papam hereticum tolerare.

**Magister:** Respondetur quod sicut ecclesia universalis nunquam errabit quantum ad ea que iuris sunt divini, ita nunquam usque ad finem seculi ecclesia universalis iustitia et caritate carebit, iuxta illud Apostoli ad Eph. 5: “Christus dilexit nos” (ecclesiam) “et tradidit seipsum ” pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aque in verbo vite, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi sed ut sit sancta et immaculata. Non esset enim sancta et immaculata neque in caritate et iustitia radicata si scienter papam hereticum toleraret. Quare nunquam ecclesia universalis scienter papam hereticum tolerabit si eum punire potest. Et si eum corporaliter punire non poterit, saltem ipsum spiritualiter (verbaliter) reprobabit. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod licet quedam mala ab ecclesia tolerantur quia minime puniuntur, tamen quedam sunt mala que ab ecclesia tolerari non debent si potest ea punire. Nam sicut secundum Gregorium habetur (dis. 28 c. 75 *Quia sunt*) : “sunt culpe in quibus culpa est relaxare vindictam

57 ita] *omitted* Fi 59 magister] *omitted* Bb An 60 sunt] *omitted* We

62 nos] ecclesiam We 62–63 ecclesiam)] id est ecclesiam suam Ly *omitted* We

63 seipsum] semetipsum Ww 64 lavacro] clavacus Bb 64 sibi] *omitted* Ly 65 aliquid] *omitted* Ly

65–66 huiusmodi] eiusmodi Bb 66 et<sup>1</sup>] *omitted* Bb 66 esset] connet Bb erit An Fi 66 enim] autem Bb

66 et<sup>2</sup>] *omitted* Bb 67 radicata] radicatam Bb 68 nunquam] *omitted* An 68 scienter] *omitted* Ly

69–70 corporaliter] *omitted* Ly 70 ipsum] eum We 70 spiritualiter] *omitted* We specialiter Ly

71 cuius] *omitted* Bb 71–73 licet ... quedam] culpa ab ecclesia tolerari non debet si potest eam punire. Tum quia Ly

74 sicut] *omitted* Ly 74 gregorium] ut *added* We 74 habetur] probatur We74–75 dis ... sunt)<sup>1</sup>] quedam Ly

75 culpa] *omitted* Ly Fi 75 est] *omitted* Ly Fi 75 relaxare] relaxari Ly 75 vindictam] debet vindicta Ly

”, ita sunt quedam culpe que minime sunt tolerande, nam publice utilitatis intersit ne crimina remaneant impunita (Extra, *De sententia excommunicationis, Ut fame*). Huiusmodi autem culpe sunt ille precipue que committuntur in Deum et in bonum commune (23 q. 4 c. *Si is* et c. *Si ea*). Perfidia autem heresis in papa heretico in Deum committitur et est in preiudicium fidei que communis est omnium, et ideo perfidiam heresis in papa heretico nunquam ecclesia universalis tolerabit, quia tolerando scienter pravitatem hereticam in papa efficeretur ecclesia schismatica, quia ecclesia que schismatico scienter adheret schismatica est. Ecclesia autem schismatica non est ecclesia catholica et universalis, ergo ecclesia universalis et catholica nunquam scienter perfidiam pape heretici (quia eo ipso quod est hereticus est etiam schismaticus) tolerabit, habendo ipsum pro vero papa. Licet forte multitudo christianorum papam hereticum tolerabit et veri catholici persecutionem ab eo gravissimam sustinebunt, sed ipsum minime tolerabunt sibi tanquam vero pape obediendo.

**Discipulus:** Recitasti quomodo probatur quod ecclesia catholica nunquam scienter papam hereticum tolerabit. Nunc molire probare secundum, scilicet quod illi qui scirent papam esse hereticum deberent hoc ecclesie catholice nuntiare.

**Magister:** Hoc videtur posse probari sic. Hoc debent catholici aliis catholicis nescientibus revelare seu nuntiare quod celatum vergeret in diminutionem divini honoris et fidelium commune et

77 utilitatis] utilitati Bb Fi An We 77 intersit] interest Ww 80 4] omitted An 80 is] hiis Ww 81 est] omitted Ly 82 est] omitted An 85 que] est added An 86 est] omitted Bb 86 ecclesia<sup>1</sup>] omitted An 86 ecclesia<sup>2</sup>] omitted An 87 heretici] tolerabit added Ly 88 quia] qui etiam Bb An Fi We 88 ipso] omitted Fi 88 schismaticus)] ideo non added Ly 89 forte] fore Bb vero An 91 sustinebunt] sustinebit An 91 tolerabunt] tolerabit An Fi 95 scirent] sciunt We 96 deberent] debent Ly



100 notabile detrimentum. *Sed perfidia pape heretici molientis fidem corrumpere orthodoxam vergeret in diminutionem divini honoris et fidelium commune et notabile detrimentum.* Ergo catholici scientes *papam* esse hereticum debent hoc aliis revelare si possunt hoc ipsum probare.

#### *Capitulum 45*

**Discipulus:** Dissere de tertio quod innuebat responsio mea ad rationem factam supra, capitulo 43, et dixisti a quibusdam putari contrariam veritati.

5 **Magister:** Tertium quod innuebat tua responsio est quod in nullo casu absque auctoritate principis alicui licet bellum sive generale sive particulare suscipere, hoc est absque auctoritate principis nulli licet alium occidere. Quod non videtur verum. Nam publicum latronem cuilibet licet absque auctoritate principis oc-  
10 cidere: Codice, *Quando liceat unicuique sine iudice se vindicare*, libro primo, et glossa notat 23 q. 3 c. *Fortitudo*, et q. 5 c. *Cum homo*, et Extra, *De immunitate ecclesiarum*, c. *Inter alias*. Item, absque auctoritate principis seu iudicis licitum est cuilibet vim

---

100 – 102 sed ... detrimentum ] We: **sed perfidia pape heretici molientis fidem corrumpere orthodoxam vergeret in diminutionem divini honoris et fidelium commune omnium et notabile dispendium si celaretur** Ba si celeratur Bb An Fi si celaretur Ly Es Di si celetur Vc\* si zelaretur Fr sed sic est in proposito *added* Ly sed istud est huiusmodi *added* To Es Di Ba Fr 103 papam ] eum Ww 104 ipsum ] *omitted* We 104 probare ] reprobare Ly 3 et ] ubi Ly 4 veritati ] videri We veritatem Ly 6 alicui ] nulli Fi An Ly 6 licet ] alterum occidere quod non videtur *added* Bb An Fi 7 est ] autem We 8 licet ] *omitted* Bb 8 alium ] alterum An Fi 9 cuilibet ] *omitted* An 10 codice ] capitulo An Fi We cum Ly 10 quando ] *omitted* Ly

---

10–11 Codex Iustiniani, liber 3, titulus 27 11 Gloss, s.v. latronibus, col. 1294 11–12 Gloss, s.v. latro, col. 1344 12 Gloss, s.v. nisi publicus latro, col. 1406

---

vi repellere (dis. 1 *Ius naturale*). Sed aliquando vis repelli non potest nisi inferens occidatur, ergo in hoc casu licet absque auctoritate principis bellum saltem particulare suscipere. Item, non minus debet populus defendere patriam contra volentes **ipsum** occidere et patriam devastare quam privata persona teneatur se et res proprias defensare. Sed persone private licet se et res proprias absque auctoritate principis defensare et ne occidatur occidere, ergo multo magis toti populo in absentia principis licet se contra hostes **defensare** et, ne occidatur et **patriam** vastetur, bellum suscipere generale.

**Discipulus:** Ad quid nituntur isti istud tertium reprobare.

**Magister:** Hoc reprobant ut ex contraria veritate eliciant argumentum ad probandum quod licet predicatoribus et doctoribus seu magistris absque mandato cuiuscunque prelati publice predicare atque docere doctrinam pape heretici veritati catholice adversari.

**Discipulus:** Quomodo.

**Magister:** Hoc modo. Bellum spiritualem contra hostem spiritualem nitentem non solum personam privatam sed etiam totam communitatem fidelium spiritualiter per hereticam pravitatem extinguere non est magis illicitum, etiam absque auctoritate principis mortalis inferioris Deo, quam sit bellum corporale contra

---

14 repellere ] repellare Bb An Fi 15 inferens ] inferos Bb 15 hoc ] Ly: omitted Ww 15 absque ] omitted An 17 volentes ] valentes Fi An 17 ipsum ] To: ipsos Ww 19 res<sup>1</sup> ] reis Bb 20 absque ... principis ] omitted An 22 defensare ] Kn: omitted Ww 22 et<sup>1</sup> ] Ly: omitted Ww 22 occidatur ] occiduntur Fi occidatur We occiduntur Ly 22 et<sup>2</sup> ... vastetur ] omitted Ly 22 patriam ] Kn: omitted Ww 22 vastetur ] vastentur Bb 24 istud ] omittere An 24 tertium ] certum Ly 25 hoc ] ideo added Ly 25 reprobant ] improbant We probant Ly 25 ex ] omitted An 25 eliciant ] eliceant Bb An Fi alliceant We 27 absque ] sine An 27 cuiuscunque ] cuiuslibet We Ly 28 catholice ] catholici Bb canonice An 28 adversari ] aversari We 31 nitentem ] intentum cum Ly 32 pravitatem ] vult added Ly 33 illicitum ] inlicitum We 34 mortalis ] moralis We

35 volentem personam privatam vel aliquem populum neci trade-  
re corporali. Sed licet absque auctoritate principis in casu tam  
bellum particulare quam generale corporale suscipere. Ergo mul-  
to magis licet predicatoribus et doctoribus seu magistris absque  
40 auctoritate principis mortalis contra papam hereticum cupientem  
totam multitudinem orthodoxorum spiritualiter heretica occide-  
re pravitate bellum spirituale suscipere. Ergo licet eis doctrinam  
eius erroneam efficaciter reprobare et publice expugnare.

45 **Discipulus:** Quomodo respondetur ad auctoritates que sona-  
re videntur quod absque auctoritate principis nulli licet bellum  
suscipere.

**Magister:** Ad omnes unica datur responsio, quia omnes in-  
telligende sunt quando auctoritas principis potest convenienter  
haberi. Si autem principis auctoritas convenienter haberi non po-  
test, vel propter eius absentiam vel propter eius imperitiam aut  
50 impotentiam seu propter eius malitiam, licet absque eius aucto-  
ritate ex iusta et rationabili causa bellum suscipere non solum  
particulare sed etiam generale.

**Discipulus:** Ista responsio innuit quod in pluribus casibus vel  
propter diversas condiciones principis licet absque eius auctoritate  
55 bellum suscipere, unde predicta per exempla declara.

**Magister:** *Omnia* per unum exemplum videntur *quodammodo*  
posse declarari. Ponatur enim quod aliquis rex potens vel popu-  
lus aliquam civitatem invadat iniuste, satagens omnes cives ex-  
tinguere et civitatem funditus dissipare. Si in hoc casu princeps

---

36 in casu] *omitted* Ly An Fi 37 quam] bellum *added* We 37 suscipere ]  
sustinere Ly 39 auctoritate ] *omitted* An 39 cupientem ] capientem An 42  
eius ] pape An Fi Ly 42 erroneam ] hereticam An Fi heretici erroneam Ly 46  
omnes<sup>1</sup> ] eos Bb An 48 haberi<sup>1</sup>] Et *added* We 49 imperitiam ] peritiam Bb  
49–50 aut impotentiam] *omitted* Ly 50 eius<sup>1</sup>] *omitted* We 54 licet] liceat  
Ly 56 omnia ] Quia Bb An Fi Istud Ly 56 videntur] videtur Fi An Ly 56  
quodammodo] quod ammodo Bb quod omnimodo An Fi omnimode Ly 58  
invadat] invadant Bb 58 iniuste] iniuxta We

civitatis est absens ita quod cives eius auctoritatem et consilium 60  
 non possunt requirere, vel princeps est alienatus a sensu vel alias  
 infirmus, quod eis non potest consulere, vel etiam ipsemet princeps  
 malitiose conatur tradere civitatem, civitati licet  
 pro se defendenda bellum suscipere principe minime annuente,  
 imo ipso pro viribus resistente. Unde et per multa exempla posset 65  
 ostendi quod plures populi et communitates sepius deposuerunt  
 iuste suos reges et principes et postea sibi principes elegerunt.  
 Ex quo patet quod etiam populus absque auctoritate principis po-  
 tuit ex causa iusta et rationabili contra principem deponendum  
 bellum movere. 70

**Capitulum 46**

**Discipulus:** Michi videtur ostensum aperte quod in pluribus  
 casibus licet populo absque auctoritate principis bellum generale  
 movere, ex quo concludi potest, ut apparet, quod licet predica- 5  
 toribus et doctoribus contra papam hereticum absque auctori-  
 tate prelati cuiuscunque mortalis bellum spirituale suscipere, eius  
 doctrinam erroneam reprobando. Nichilominus tamen peto ut ad  
 eandem conclusionem aliquas alias rationes adducas.

---

60 auctoritatem] auctoritate Bb 61 possunt] possent Ly61 vel<sup>1</sup>] et Bb 65 et]  
 omitted Bb Ly 65 multa] et added Bb 67 iuste] iuxta We 67 suos] omitted  
 Bb An Fi We 69 iusta] iuxta We 70 movere] promovere Ly  
 6 mortalis] moralis We 7 reprobando] improbando Ly

**Magister:** Quod non solum sit licitum sed etiam **quod** predi-  
 10 catores et doctores teneantur doctrinam pape erroneam reprobare,  
 irrequisita auctoritate **cuiuscunque** prelati mortalis videtur posse  
 probari secundo principaliter sic. Qui officium susceptum vel  
 commissum negligit exercere est merito arguendus. Talis enim  
 15 merito comparatur. Facit etiam contra preceptum Apostoli scri-  
 bentis 2 ad Tim. 4: “ministerium tuum imple”. Sed ad officium  
 predicatorum et doctorum spectat veritatem catholicam affirmare,  
 et pravitatem hereticam confutare, que duo sunt opera sapientis,  
 scilicet non mentiri de hiis que novit et mentientem posse mani-  
 20 festare. Ergo ad predcatores et doctores spectat perfidiam pape  
 heretici confutare.

**Discipulus:** Licet ad predcatores et doctores pertineat pravi-  
 tatem hereticam confutare, non tamen spectat ad ipsos omnem  
 pravitatem hereticam confutare, quia nullus posset hoc facere.  
 25 Ergo per hanc rationem probari non potest quod ad eos spectat  
 perfidiam pape heretici reprobare.

**Magister:** Hec responsio non sufficit ut videtur multis quia,  
 secundum beatum Gregorium, secundum qualitatem auditorum  
 debet formari sermo doctorum, et videtur accepisse a beato Pe-

---

9 quod<sup>2</sup>] **To:** *omitted* Ww 10 et doctores] *omitted* An 10 teneantur] ut  
*added* An 11 irrequisita] non requisita Ly 11 cuiuscunque] **To:** *omitted*  
 Ww 12 probari] probare Bb 14 servo] serve Bb 15 comparatur] et *added*  
 We 15 etiam] enim Ly *omitted* An Fi 16 2] Ly: Ww 16 ad<sup>1</sup>] *omitted* An  
 Fi 16 4] Ly: *omitted* Ww 18 sapientis] sapientum Ly 19 mentiri] et *added*  
 An Fi Ly 19 et] *omitted* Ly 24 pravitatem hereticam] heresim Ly 27 quia]  
 sicut *added* Bb We 28 secundum<sup>1</sup>] *omitted* Bb 28 beatum] *omitted* An Fi  
 29 doctorum] doctoris Bb

---

13 – 15 Matthew 25:26, Luke 19:22 16 2 Timothy 4:5 18 – 20 Ockham,  
*Expositio super libros Elenchorum*, I, 1 § 5 (OPh III, 11— citing Aristotle)  
 28–29 *Moralia in Job*, book 30, sect. 12 (CC-SL 143B, p.1499; PL 76, col.  
 530): “pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum”. 29–33  
 col. 594

tro qui, ut legitur 8 q. 1 c. *Oportet* ait: “oportet eum qui docet 30  
et instruit animas rudes esse talem ut pro ingenio discentium se-  
metipsum possit aptare et verbi ordinem pro audientis capaci-  
tate dirigere”. Sic oportet predicatorem et doctorem secundum  
varietatem temporum doctrinam suam audientibus ministrare ut 35  
quando ab hereticis de aliquibus erroribus specialibus invaduntur,  
per doctrinam predicatorum et doctorum contra eosdem errores  
specialiter muniantur. Si ergo papa hereticus virus sue perfidie  
in fideles laborat transfundere oportet predicatorum et doctores  
sue perfidie specialiter obviare et *de veritate* contraria auditores  
salubriter informare. 40

**Discipulus:** Puto quod hanc rationem *intelligo*, ideo alias non  
differas allegare.

**Magister:** Tertio principaliter videtur sic posse probari. Ille  
cui ex officio incumbit peccanti resistere, si non resistit peccan- 45  
ti, consentit, et simili modo cum eo iudicandus est culpabilis.  
Hec est enim ratio quare sepe taciturnitas et dissimulatio impu-  
tantur prelati que tamen subditis minime imputantur, quia ad  
prelatos et potestatem habentes spectat sepe peccantibus obvia-  
re, quod tamen ad subditos minime spectat. Sed predicatoribus

---

30 oportet<sup>2</sup>] quod Bb Fi An 30 eum] dum Bb An Fi 30 qui docet] docet  
Bb quidem An 31 talem] tales Bb 31 discentium] dicentium Ly 32  
audientis] auditis Bb 33 sic] enim *added* Ly 33 oportet] diligentem *added*  
Ly 34 temporum] *gap* Fi 34 ut] aut Ly 35 specialibus] specialiter Ly  
36 et] *omitted* An 36 contra] *omitted* Bb 37 virus] *omitted* Ly 38 in ...  
transfundere] plures satagit illaqueare et viri infideles laborant transcendere  
Ly 39 de veritate] veritatem Ww 39 contraria] contrariam Fi An Ly 39  
auditores] fideles vel auditores We 41 intelligo] intelligam Ww 43 videtur  
] *omitted* An 43 ille] *omitted* Ly 45 simili] consimili Ly 45 est] *omitted*  
Bb Fi An 46 hec] autem *added* We 46 est] *omitted* Bb 46 enim] *omitted*  
We 46–47 imputantur<sup>1</sup>] imputatur Bb Fi An 47 que] quia Bb qui An Fi 47  
tamen] cum Bb 47 imputantur] putantur Bb

- 50 et doctoribus ex officio suscepto incumbit perfidie pape heretici  
fidem corrumpere satagentis resistere. Ideo enim, ut dictum est,  
officium predicatoris et doctoris debent suscipere ut doceant ca-  
tholicam veritatem et confutent hereticam pravitatem. Ergo si non  
resistunt pape heretico cum possunt, eius perfidiam reprobando,  
55 eidem consentiunt et simili modo cum eo sunt culpabiles reputan-  
di. Unde virtute istius medii omnes auctoritates supra capitulo 38  
introduce (et alie que sonare videntur quod qui non resistit pec-  
canti cum potest, consentit) ad predictam conclusionem possunt  
adduci.
- 60 Quarto principaliter sic arguitur. Omnis perfidia inimicorum  
fidei odio est habenda, teste Psalmista qui ait: “iniquos odio ha-  
bui,” et alibi ait: “omnem viam iniquam odio habui,” et rursus ait:  
“nonne qui oderunt te Domine oderam, et super inimicos tuos ta-  
bescebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt michi”.
- 65 Ex quibus verbis colligitur quod omnis nequitia et malitia odio  
est habenda, et quod inimici Dei in quantum sunt inimici Dei  
odio sunt habendi. Quod etiam ipse Salvator testatur Luc. 14: “si  
quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et  
filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam, non po-  
70 test esse meus discipulus”. Ex quibus verbis colligitur quod hoc  
est in omni homine odiendum quod est in eo Deo contrarium.

50 et ] *omitted* An 51 satagentis ] atagentis Bb 51 enim ] non An 52 predicatoris ]  
predicationis An Fi predicatorum Ly 52 doctoris ] doctorum Ly 52 debent ] debet Fi 5  
54 possunt ] possint We 55 eidem ] ei We 57 sonare ] insinuare Ly 58 consentit ]  
eidem consentire videtur An Ly 61 ait ] dicit Ly 62 iniquam ] iniquitatis Bb Fi An 62  
habui ] *omitted* Bb 62 rursus ] rursum Bb 63 domine ] odio *added* We 64 oderam ]  
odebam An Fi 64 illos ] et *added* Bb An Fi We 65–70 omnis ... quod ] *omitted* An  
Fi 67 testatur ] dicens *added* We 71 homine ] *omitted* Bb 71 in eo ] *omitted* Ly

51 1 Dial. 7.42, 43 61–62 Psalms 118:113 62 Psalms 118:128 62–64  
Psalms 138:21-22 67–70 Luke 14:26

Perfidia autem pape heretici est Deo contraria, ergo odio est habenda. Sed predicatorum et doctorum odio non habent perfidiam pape heretici nisi ipsam, debitis circumstantiis observatis, detestentur, persequuntur, et improbare nitantur. Ergo predicatorum et doctorum ipsam oportet perfidiam pape heretici reprobare. Maior videtur evidens. Minor aperte probatur. Quia sicut secundum beatum Gregorium probatio dilectionis exhibitio est operis, ita etiam probatio odii exhibitio est operis. Et secundum eundem Gregorium amor non est otiosus sed multa operatur si est. Ita etiam odium non est otiosum sed multa operatur si est. Amor enim et odium sunt cause distincte distinctos effectus habentes, et ideo sicut ex amore, si est, multi sequuntur effectus, ita etiam ex odio plures effectus emanant. Quare ex odio si est verum respectu perfidie pape heretici in predicatoribus et doctoribus opera exteriora sequuntur. Persecutio autem est effectus odii, et similiter reprobatio et detestatio exterior. Quare si predicatorum et doctorum vere odiunt perfidiam et malitiam pape heretici, ipsam efficaciter persequuntur. Quod Augustinus, ut habetur 23 q. 4 c. *Duo ista*, insinuare videtur dicens: “duo ista nomina cum dicimus, homo

75

80

85

90

73 et doctores] *omitted* Bb 74 ipsam] ipsum Ly 75 persequuntur] persequantur Ly 75 et<sup>1</sup>] efficaciter *added* We 75 nitantur] nitentur We 75–76 predicatorum ... doctores] *omitted* Ly 76 ipsam] *omitted* We 77 sicut] *omitted* Fi An Ly 78 est] *omitted* An 79 probatio] improbatio We 79 et] sicut We 80 amor] Dei *added* We 80 est] et *added* Bb Fi An 80–81 ita ... est<sup>2</sup>] *omitted* Ly 81 et] etiam Bb 83 sequuntur] sunt An 83 ita] vel An 84 plures] quamplures We 84 verum] vere Ly 85 perfidie] *omitted* An

77–78 *Homilia 30 in Evangelia* (ad Ioh.14:23-31), n. 1, PL 76 col. 1220; CC-SL, Turnhout: Brepols 1999. p. 256: "probatio ergo dilectionis exhibitio est operis". 79–80 *Ibid.*, col. 1221; CC-SL, p.257: "Nunquam est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est." 89–94 col. 915



peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripere, et quia homo, miserere, nec omnino liberabis hominem, nisi cum persecutus fueris peccatorem. Huic officio nominis invigilet disciplina”, et infra: “ita nulli homini claudenda est misericordia sicut nullo peccatori impunitas relaxanda”. Ex quibus verbis colligitur quod quilibet ex necessitate tenetur, quantum sibi licet pro gradu suo et officio, corripere et persequi peccatorem. Ergo predicatorum et doctorum oportet persequi modo congruenti sibi, scilicet reprobando perfidiam pape heretici.

95  
100 **Discipulus:** Ex hac ratione haberetur quod predicatorum et doctorum deberent omnium hereticorum doctrinam erroneam reprobare, imo omnem peccatorem persequi tenerentur, quod eis impossibile esse dinoscitur. Nullus autem ad impossibile obligatur.

105 **Magister:** Ad hoc respondetur quod sicut debemus diligere omnes proximos (et ideo papam tam hereticum quam catholicum tenemur diligere), non tamen omnibus possumus actu in speciali beneficia exhibere, sed debemus esse parati tempore necessitatis pro posse omni indigenti succurrere. Ita omnes iniquos in quantum iniqui sunt odire tenemur, et secundum preparationem cordis  
110 omnes persequi astricti sumus. Illum tamen qui deterior est et magis perniciosus populo christiano fortiusque honorem Dei conatur

---

92 liberabis] liberabit Bb An We 94 ita] ista Bb An 95 nullo] nulli Ww 95 verbis] *omitted* Ly 97 et officio] *omitted* An 97 peccatorem] ergo predicatorum debent omnium hereticorum doctrinam reprobare, imo omnem peccatorem persequi tenentur *added* Ly 97–98 ergo ... doctores] *omitted* We 100 haberetur] habetur We 101 deberent] debent We 102 tenerentur] tenentur We 105 hereticum] hereticam Bb 105 catholicum] catholicam Bb 106 in] *omitted* Ly 108 omni] omnibus We 108 indigenti] indigentibus We 108 succurrere] luccurare Bb 109 odire] obedire Bb *omitted* An Fi 109 et] *omitted* Bb 109 cordis] cedens Bb 111 fortiusque] fortius quia Fi An Ly

minuere, omnes catholici fortius et melius persequi astringuntur. Et ideo cum papa hereticus sit deterior et magis nocivus populo christiano quam alii minus mali, illum singulariter persequi debent catholici universi, et ideo predicatorum et doctorum singulariter contra papam hereticum debent suum officium exercere, ipsum efficacissime et doctrinam suam erroneam reprobando. 115

**Discipulus:** Si rationes alias cogitasti, allega.

**Magister:** Quinto principaliter arguitur sic. Sicut oculi corporis materialis qui sibi et aliis partibus corporis minime vident illa que sunt eis periculosa et nociva (puta foveas, laqueos, hostes, bestias, et alia que possunt inferre corpori lesionem) inutiles reputantur, sic oculi corporis spiritualis, puta ecclesie, qui sibi et ecclesie nequaquam monstrant pericula imminencia ecclesie universe inutiles sunt censendi. Oculi autem ecclesie sunt predicatorum et doctorum qui bona et mala, virtutes et vitia, periculosa et utilia, debent aliis et sibi videri ac monstrare. Maximum autem periculum imminet ecclesie Dei quando papa est hereticus. Ergo si predicatorum et doctorum non vident nec monstrant ecclesie periculum quod ex perfidie pape heretici ecclesie imminet orthodoxe inutiles sunt censendi. 120 125 130

Sexto sic. Sicut ad testem pertinet in iudicio *perhibere* testimonium veritati, sic ad predicatorum et doctorum spectat in suis sermonibus et lectionibus asserere veritatem et veritati testimonium perhibere, imo predicatorum et doctorum videntur testes veri- 135

---

113 ideo ] omnino Bb 113 nocivus ] perniciosus Ly 114 singulariter ] signanter We 115 ideo ] nimo Bb 120 materialis ] mali Ly 120 minime ] minus added Bb An Fi 120 vident illa ] videntur We 121 periculosa ] periculosiora Ly 121 nociva ] nociviora Ly 122 corpori ] corporis An Fi 124 nequaquam ] nunquam An Fi 124 pericula ] etiam Ly 126 periculosa ] pericula Ly 128 dei ] fidei An 129 non ] omitted Ly 130 ecclesie ] omitted An 132 perhibere ] prohibere Ww 133 spectat ] omitted Ly 134 lectionibus ] locutionibus Fi An We Ly 135 predicatorum ... doctorum ] omitted Ly 135 videntur ] possent verisimiliter merito appellari Ly

tatis. Unde quia apostoli predicaturi et docturi veritatem fuerunt, testes veritatis poterant merito appellari, iuxta illud Redemptoris Act. 1: “eritis michi testes in Hierusalem et in omni Iudea etc.” Et ut legitur in eodem capitulo, beatus Petrus dixit: “oportet ergo  
 140 ex his viris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intravit et exivit inter nos Dominus Iesus incipiens a baptismo Iohannis usque in diem qua adsumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis”. Predicatores ergo et doctores sunt testes veritatis. Sed testes cum in iudicio exami-  
 145 nantur tenentur contra papam hereticum asserere veritatem. Ergo predicatorum et doctores in sermonibus et lectionibus suis contra papam hereticum testimonium veritati perhibere tenentur.

**Discipulus:** Ista ratio probare videtur quod tunc solummodo predicatorum et doctores in suis sermonibus et lectionibus debeant  
 150 contra papam hereticum asserere veritatem quando ad hoc *a suis superioribus* compelluntur, quemadmodum testes tunc solummodo contra papam hereticum perhibere testimonium veritati tenentur quando ad hoc per suos superiores artantur.

**Magister:** Ista responsio vel obiectio nulla quibusdam apparet,  
 155 nam non solummodo testis debet perhibere testimonium veritati

---

136 apostoli] a primo Ly 136 veritatem] *omitted* Fi 138 in<sup>1</sup>] *omitted* Ly 138 iudea] Iuda Bb 139 in] *omitted* Ly 139 dixit] dicit Ly 140 tempore] tempore Bb Fi An We 140 quo] in quo We 141 intravit] introivit Ww 141 dominus] noster *added* Ly 142 in] ad Ly 142 a] *omitted* An Fi 142–143 resurrectionis eius] resurrectioni Ly 143 fieri] fidei An 143 unum] *omitted* An 144 doctores] veritatis *added* Ww 144–145 examinantur] examinantur Bb An Fi We 145 asserere veritatem] testimonium perhibere veritati Ly 147 veritati] veritatis Ly 149–150 debeant] debent We 151 a ... superioribus] in suis sermonibus Ww 151–152 solummodo] solum Ly 152 contra ... hereticum] *omitted* Ly 153 per ... superiores] a suis superioribus We 154 nulla] est ut *added* Ly 155 solummodo] solum Fi An 155 testis] testes Ly 155 debet] debent Ly

---

138 Acts 1:8 139–143 Acts 1:21-22

quando a suo superiori compellitur, imo sepe ad hoc ex conscientia sine omni coactione per superiorem astringitur. Quia sicut caritatis affectio quam quilibet ad alium habere tenetur suggerit unicuique ut quod uni prodest et alteri non nocet illud nequaquam prohibeat, sic eadem caritatis affectio monet unumquemque ut quod alteri prodest et sibi si faciat minime nocet alteri faciat iuxta regulam Salvatoris qua unusquisque iubetur alii facere quod sibi vult fieri, que regula tunc videtur precipue locum habere quando facere alteri quod sibi vult fieri nulli nocet nec corporaliter nec spiritualiter. Sed sepe *ferre* testimonium veritati etiam coram non superiore suo sibi non nocet et alteri multum prodest, quia liberat eum a dampno vel periculo absque detrimento sui. Ergo tunc quamvis testis non fuerit a superiori compulsus tenetur perhibere testimonium veritati. Ergo consimiliter predicatorum et doctorum, quando possunt liberare auditores suos ne incidant in perfidiam pape heretici, de necessitate salutis tenentur suis auditoribus veritatem contra papam hereticum indicare.

**Discipulus:** Tenetne aliquis modernorum doctorum mutuo se reprobantium quod testis aliquando non compulsus a superiore tenetur perhibere testimonium veritati.

**Magister:** Thomas de Aquino hoc videtur asserere 2a 2e, q.70, art. 1, dicens: “si vero requiratur eius testimonium non auctori-

---

156 quando] ad hoc *added* Ly 156 compellitur] compelluntur Ly 156–157 conscientia] scientia An Fi 157 astringitur] astringuntur Ly 159 ut] aliquid *added* Bb 159 quod] cum alio We 159 illud] Ly: illum Ww 161 faciat] fiat An Fi 162 alii] alteri An Fi Ly 162 facere] illud *added* Bb An 163 que regula] *omitted* An Ly 163–164 tunc ... fieri] quod Ly 164 alteri] alii We 165 *ferre*] facere Ww 168 a] suo *added* We 168 perhibere] perhiberi Bb Fi An 176 hoc] *omitted* Ly 177 dicens] *omitted* Ly

tate superioris *cui obedire tenetur* tunc distinguendum est. Quia  
 si testimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab iniu-  
 180 sta morte seu pena quacunq̄ue, vel a falsa infamia, vel etiam ab  
 iniquo dampno, tunc tenetur homo ad testificandum. Et si eius  
 testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est ut ver-  
 ritatem annunciet alicui qui ad hoc possit prodesse. Dicitur enim  
 185 in Psalmo 81: ‘eripite pauperem, et egenum de manu peccato-  
 ris liberate’, et Prov. 24: ‘erue eos qui ducuntur ad mortem’,  
 et Rom. 1 dicitur: ‘digni sunt morte non solum qui faciunt sed  
 etiam qui consentiunt facientibus’, ubi glossa dicit quod ‘con-  
 sentire est tacere cum possis redarguere’”. Ex quibus patet quod  
 190 testis tenetur testimonium perhibere veritati quandoque quamvis  
 per superiorem minime compellatur, et per auctoritates quas iste  
 adducit ostenditur quod predicatorum et doctorum in suis sermoni-  
 bus et lectionibus tenentur si possunt auditores suos ne incidant  
 in perfidiam pape heretici preservare, quia ad eundem spectat  
 aliquem ab ingruente periculo liberare ad quem spectat alium a

---

178 cui ... tenetur] cui pena Bb An Fi *omitted* Ly 178 quia] aliquando  
 requiritur testimonium alicuius auctoritate superiorum, aliquando vero non  
 requiritur testimonium subditi superiorum auctoritate, cum in his que ad  
 iustitiam pertinent obedire tenentur, non est dubium quin teneatur testimonium  
 ferre in his in quibus secundum ordinem iuris testimonium ab eo exigitur, puta  
 in manifestis, in his in quibus infamia precesserit. Si autem exigatur ab eo  
 testimonium in aliis, puta in occultis in quibus infamia non precessit, non  
 tenetur ad testificandum. Si vero requiratur eius testimonium non auctoritate  
 superiorum quibus subset, tunc distinguendum est quia *added* Ly 179–180  
 iniusta] iniuxta We 180 falsa] falso An Fi We 181 ad] a We 182 facere]  
 ferre An Fi 183 annunciet] denunciaret Bb An Fi We illi *added* An Fi 184  
 psalmo 81] psalmis Bb Fi An We psalmista Ly 186 et] ad *added* Bb Ly 187  
 etiam] *omitted* Ww 187 quod] *omitted* We 188 possis] possit We Ly 188  
 quibus] verbis *added* Ly 190 iste] ipse Ly 192 lectionibus] actionibus An  
 Fi 192 possunt] possint Ly 194 aliquem] alium An 194 ab ... alium]  
*omitted* An 194 ingruente] ingruenti An Fi We Ly sive imminente *added* Ly

---

184–185 Psalms 81:4 185 Proverbs 24:11 186–187 Romans 1:32 187–188  
 Glossa ordinaria, IV, p. 277 col. 1

periculo in quod incidit si potest eripere. 195

**Discipulus:** Adhuc alias rationes ad conclusionem principalem allega.

**Magister:** Septimo probatur eadem conclusio sic. Sicut advocatus patrocini-  
um cause iuste prestare tenetur ita predicatorum et doctores veritatem catholicam docere et pravitatem hereticam reprobare tenentur. Sed advocatus cause catholicorum contra papam hereticum patrocini-  
um prestare tenetur, quia advocatus patrocini-  
um prestare tenetur cause pauperum. Hoc enim est opus misericordie ad quod pro loco et tempore et aliis circumstanti-  
is debitis observatis quilibet obligatur. Ergo multo magis debet  
advocatus cause catholicorum contra papam hereticum patrocini-  
um et defensionem impendere eo quod causa fidei est cause cuiuscunque pauperis preferenda. Ergo consimiliter predicatorum et doctores in suis sermonibus et lectionibus debent prestando  
patrocini-  
um cause fidei papam hereticum eiusque doctrinam erroneam confutare. 210

**Discipulus:** Non videtur quod advocatus semper teneatur causis pauperum patrocini-  
um impartiri, quia tunc oporteret ipsum omnia alia negotia sua et aliorum dimittere, et eadem ratione non semper tenentur predicatorum et doctores perfidiam pape heretici reprobare. 215

**Magister:** Non intendunt isti quod semper advocatus causis pauperum patrocini-  
um teneatur impendere, nec quod semper omnes predicatorum et doctores papam hereticum debeant in suis lectionibus et predicationibus reprobare, sed intendunt quod sicut advocatus quando non apparet in promptu quod per alium modum quam per suum iuvamen potest causa pauperis subleva- 220

198 sicut] *omitted* An 198–199 advocatus] avocatus We advocati Ly 199 patrocini-  
um] procim Bb 199 tenetur] tenentur Fi An Ly 200 et<sup>2</sup>] *omitted* Bb 201 cause] *omitted* Ly 206 cause] *omitted* Ly 214 sua] *omitted* Ly 217 intendunt] attendunt Ly 220 predicationibus] sermonibus We 220 quod] *omitted* Ly 221 in promptu] in prompta An Fi We *omitted* Ly 222 causa] Ly: causam Bb Fi An We

ri, tunc de necessitate salutis ei tenetur patrocini-  
 225 um exhibere. Ita predicatorum et doctorum oportet viriliter pape heretico obviare  
 quando non apparent alii in promptu qui causam fidei velint et  
 valeant contra papam hereticum defensare.

**Discipulus:** Ad hoc rationes alias si occurrunt allega.

**Magister:** Octava ratio est hec. Sicut ad accusatorem spectat  
 230 crimen perniciosum rei publice quod potest probare iudici ac-  
 cusare, ita ad predicatorum et doctorum spectat errores perniciosos  
 contra fidem catholicam insurgentes reprobare. Sed sciens papam  
 esse hereticum et conantem a fide avertere orthodoxos ipsum, si  
 potest probare, accusare tenetur. Igitur predicatorum et doctorum  
 235 scientes papam hereticum laborare fidem corrumpere ortho-  
 xam doctrinam suam erroneam reprobare tenentur. Maior videtur  
 aperta. Minor probatur auctoritate Gregorii qui, ut legitur 2 q. 7 c.  
*Sicut*, ait: "sicut laudabile discretumque est reverentiam et hono-  
 rem exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei honoris est, si qua  
 240 in eis sunt que indigent correctione, nulla dissimulatione postpo-  
 nere, ne totum (quod absit) corpus morbus invadat, si languor non  
 fuerit curatus in capite". Ex quibus verbis colligitur quod ad recti-  
 tudinem Deique timorem spectat accusare quemcunque prelatum  
 qui totum corpus conatur inficere. Cum ergo papa hereticus totum  
 corpus ecclesie heretica pravitate molitur inficere, papa hereticus  
 245 est a scientibus et probare valentibus accusandus.

---

224 viriliter ] a viribus We 225 in promptu ] prompti Ly 226 defensare ]  
 defendere Ly 227 ad hoc ] Adhuc Ly Adducas To 227 si ] tibi *added* To 227  
 allega] *omitted* Bb Fi An We 230 ad ] *omitted* An 233 et ] ac We 235  
 reprobare ] probare Ly 237 discretumque ] discretum Bb 238 prioribus ]  
 predicatoribus Fi An We Ly 239 correctione ] correptione We 243 hereticus  
 ] *omitted* Ly 244 ecclesie ] conatur *added* An We 245 probare ] reprobare Ly

**Capitulum 47**

**Discipulus:** Pro assertionem predictam ad presens nolo plures rationes audire, quia satis videtur probabile quod predicatorum et doctorum si simul concordaverint debeant unanimiter doctrinam pape erroneam reprobare. Sed nunquid si multitudo predicatorum et doctorum seu magistrorum pape heretico consenserit, faverit, vel non restiterit, debent pauci doctrine pape erronee obviare. 5

**Magister:** Sunt quidam dicentes quod si pauci predicatorum et doctorum in doctrina permanserint orthodoxa, et tota alia multitudo pape heretico consensum et favorem prebuerit, illi pauci debent ei resistere modis congruis toto posse. Imo si unus solus remaneret fixus in fide, deberet intrepide doctrinam erroneam pape heretici improbare, exemplo Helie prophete qui, quamvis putasset se solum prophetam fidelem Dei fuisse relictum, a fide vera minime deviavit, sed hereticos et apostatas quando fuit opportunitas constantissime confutavit. Et per consequens multo magis, si aliquis prelatus cum paucis predicatoribus et doctoribus sibi subiectis pape heretico nullatenus consentiret, tota alia multitudo suis erroribus adherente, illi predicatorum et doctorum pauci una cum prelato suo debent doctrine pape erronee contraire. Deberetque prelatus dicere cum Mathatia illud 1 Mac. 2: “Et si omnes gentes regi Antiocho” (hoc est pape heretico) “obedient 10 15 20

4 concordaverint] concordant Ly 7 restiterit] resisterit Bb Fi An 7 debent] debeant We adebunt Ly 7 pape] omitted Ly 9 et<sup>1</sup>] vel We 11 ei] illi Ly 11 congruis] congruentibus We 12 remaneret] permaneret An 13 heretici] omitted We 14 relictum] relucet Fi 18 consentiret] consenserit An consentirent We 19 multitudo] cum added An Ly 19 et] sive Bb Fi An We 22 gentes] omitted Ww

13–15 1 Kings 18:22 21–28 1 Maccabees 2: 19–22



25 ut discedat unusquisque a servitute patrum suorum et consentiunt mandatis eius, ego et filii mei et fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propitius sit nobis Deus. Non est nobis utile relinquere legem et iustitias Dei. Non audibimus verba regis Antiochi” (id est pape heretici) “nec sacrificabimus transgredientes legis nostre mandata ut eamus altera via ”.

30 **Discipulus:** Videtur quod si pauci resisterent toti residuo multitudine christianorum laborarent in vanum. Ergo hoc attemptare nullo modo deberent.

**Magister:** Respondetur quod pauci non deberent de victoria desperare. Imo unus solus de victoria sperare deberet, quia ut habetur 1 Mac. 3: “non est differentia in conspectus Dei celi liberare in multis et in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est”. Et 1 Reg. 14 sic habetur: “non est Domino difficile salvare vel in multitudine vel in paucis”. Et 2 Para. 14 sic habetur: “Domine non est apud te ulla distantia utrum in paucis auxiliieris an in pluribus”. Ex quibus patet quod si pauci  
40 contra papam hereticum bellum susciperent, tota alia multitudine sibi perperam adherente, de victoria desperare non debent, quia

---

23 discedat ] discedant An Fi a servitute *added* An 23 a servitute ] legis *added* Ww 23 – 24 consentiunt ] consentiant Ww 26 audibimus ] audiemus Ww 27 sacrificabimus ] sacrificamus Fi 28 legis nostre ] *omitted* Bb Fi An We 28 mandata ] et *added* Ly 29–30 multitudine] multitudinem Ly 30 attemptare ] et predicare Ly 31 deberent ] debent Fi 33 solus ] solum An 33 deberet ] valeret We 33 quia ] quod Fi 35 multis ... in<sup>3</sup> ] *omitted* Bb 35 quia ] quoniam Ly 36 belli ] *omitted* Bb An Fi We 36 et ] *omitted* Ly 36 14 ] 24 Bb An Fi 9 We 37 domino ] *omitted* Ww 37 vel<sup>1</sup> ] *omitted* We 37 multitudine] multis Ly 37 et ] *omitted* Ly 38 14] 19 Ly 38 sic habetur ] dicit Asa rex We 38 est ] *omitted* An 38 ulla ] *omitted* Ly 39 auxiliieris ] auxiliieris Bb An 39 an ] aut Ly 39 pluribus ] multis Ly 39 quibus ] verbis *added* Ly 41 perperam ] perpera *omitted* Ly

---

34–36 1 Maccabees 3:18-19 36–37 1 Samuel 14:6 37–39 2 Chronicles 14:11

bellum tale non est bellum eorum sed bellum Domini, qui est Veritas que super omnes vincit in veritate. Ergo habentes fiduciam, pro eadem certent usque ad mortem, et Deus expugnabit pro eis inimicos eorum.

45

### *Capitulum 48*

**Discipulus:** Auctoritates prescripte michi clare demonstrant quod unus catholicus posset secure bellum contra papam hereticum cum tota sua cohorte suscipere, nec deberet de victoria aliquam desperare. Dubito autem ut, si unquam aliquis papa futurus est hereticus pro multitudine christianorum poterit dici illud Salvatoris: “filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra”, quia reor quod paucissimi sibi resistent. Puto enim quod tunc adimplebitur prophetia beati Pauli dicentis 2 ad Tim. 4: “erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur”. Quia fabulas et errores pape heretici multitudo precipue magistrorum ambitiosorum et avarorum sequitur. Idcirco peto ut

5

10

43 que ] qui Bb Fi An 44

2 prescripte ] scripte Ly 2–4 michi ... cohorte ] *omitted* Bb 3 unus ] solus *added* Vc 5 ut ] quod We 5 aliquis ] inveniet fidem super *added* Fi 6 est ] erit We 7 dici ] dicere Ly 7 salvatoris ] putas ne *added* Ww 7 veniens ] *omitted* Fi 7 putas ] *omitted* Ww 8 in terra ] super terram Ww 9 2 ] Ly: 1 Ww 12 a veritate ] auctoritate Bb 12 avertent ] advertent An 14 sequitur ] sequetur To

---

44–45 Ecclesiasticus 4:33 7–8 Luke 18:8 9–13 2 Timothy 4:3-4

---

15 ostendas secundum aliquorum sententiam quid paucis in sacra  
pagina eruditis (sive fuerint magistri sive discipuli) esset agen-  
dum si papa efficeretur hereticus, et quid omnes predicatorum et  
doctores haberent agere si omnes veritati fidei adhererent.

20 **Magister:** Respondetur quod si papa de doctrina diffamaretur  
erronea, omnes predicatorum et doctores seu lectores vel magistri,  
imo etiam omnes literati quantum uniuscuiusque ingenio et scien-  
tie conveniret deberent doctrinam pape erroneam videre, studere,  
examinare et discutere diligenter, exemplo illorum de quibus di-  
citur Act.17: “cotidie scrutantes scripturas si hec ita se haberent”.

25 **Discipulus:** Hoc dicitur de illis qui scrutantur cotidie verita-  
tem, non de scrutantibus doctrinas erroneas.

30 **Magister:** Respondetur quod ad eosdem spectat scrutari ve-  
ritatem et errores contrarias, testante Salomone qui Ecclesiasti 1  
ait: “dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam  
erroresque et stultitiam”. Ex quibus verbis colligitur quod ita in-  
vestigandi et discutiendi sunt errores contra fidem sicut catholice  
veritates quia, ut Sapiens attestatur: “idem est iudex sui et obli-  
qui”, et “eadem est scientia contrariorum”. Oportet ergo predi-  
catores et doctores errores pape heretici examinare, studere, et  
35 discutere diligenter, quia sic ad veritates plures quas antea ne-

---

15 sententiam] sententias Ly 16 eruditis] conditis An Fi 18 si] nisi Ly  
18 adhererent] adhererent Bb 19 de] omitted An Fi 21 uniuscuiusque]  
uniuscuiuscunque An Fi 22 studere] et added Ly 24 hec] omitted An We  
25 scrutantur] scrutabantur We 25 cotidie] continue Ly 27 eosdem] ipsos  
An Fi eos Ly 27 spectat] pertinet An 27 scrutari] scrutari We 28 errores  
] doctrinam An 28 contrarias] et doctrinas Ly 28 testante] teste 29  
dedique] dedi Bb Fi An 30 erroresque] errore sed Bb 31 catholice]  
catholicas Bb An 32 attestatur] testatur Ly 32 sui] recti Ly 35–36  
nescierunt] nescirent We

---

24 Acts 17:11 28–30 Ecclesiastes 1:17 32–33 Aristotle, *De Anima*, I, 5.  
See also J. Hamesse, *Les Auctoritates Aristotelis*, Louvain-Paris 1974, p. 176  
33 Aristotle, *Physica*, VIII, I, 8 (and Ockham, OPh VI, p. 119). See also J.  
Hamesse, *op. cit.*, pp. 134, 183

scierunt pervenient, teste glossa accepta ab Augustino 1 Cor. 11 que ait: “ab adversario mota questio discendi extitit occasio”.

**Discipulus:** Quid facient postquam doctrinam pape erroneam examinaverint diligenter.

**Magister:** Respondetur quod rationibus et scripturarum testimoniis contra eam quantum possunt debent se munire, ac illi qui scribendi gratiam receperunt scribant et componant libros, tractatus, sermones et epistolas, secundum quod videtur expediens ad reprobandum doctrinam pape erroneam, opera vero sua modis sibi possibilibus communicent et divulgent, nominibus suis tacitis vel expressis, secundum quod expedire videtur. Quedam enim opera ratione auctoris videntur libentius, et tunc erit utile nomen auctoris exprimere. Interdum vero multi odio habent auctorem, et tunc illis nomen auctoris operis expedit occultare, ut emuli non quis dicat sed quid dicatur attendant. Illi vero qui libros, tractatus, et alia opera componendi gratiam minime habent, in scripturis auctenticis et etiam in operibus novis in quibus magis discrete doctrina pape erronea reperitur se occupent studiose, ut

---

36 ab ] ad Bb An Fi 36 11 ] 2 Ww 37 que ] qui Ly 37 extitit ] existit Ww 40–41 testimoniis ] testimonio An 42 scribant ] scribebant An

46 expressis ] scilicet *added* Ly 46 quedam ] Quidam Bb  
 47 auctoris ] auctorum Ly 48 auctoris ] auctorum Ly 48 exprimere ]  
 exponere An Fi 48 vero ] autem Ly 48 auctorem ] auctores Ly 49 auctoris ]  
 auctorum Ly 49–50 emuli ... qui ] *omitted* Fi 50 non ] si Bb 50 attendant ]  
 intendat Bb Fi An 52 etiam ] *omitted* We 53 discrete ] distincte Ly 53  
 doctrina ] doctrinam Ly 53 erronea ] erroneam Ly 53 reperitur ] poterunt  
 reprobare Ly

---

36–37 *De Civitate Dei*, XVI, 2 (CC-SL, 48, p. 499), commenting 1 Cor. 11:19 50 Seneca, *De quattuor virtutibus cardinalibus*, in J. Hamesse, *op.cit.*, p. 282, n.8. This doctrine was posited as the basis of Ockham’s method in the *Dialogus*: cf. 1 Dial. *Prologus*

55 cum tempus venerit opportunum errores pape valeant efficaciter  
 reprobare. Unde tam illi qui nova opera contra pravitatem pape  
 heretici ediderunt quam alii predicatorum et doctores in lectionibus,  
 sermonibus publicis, secretisque colloquiis quandoque oppor-  
 60 tunitas loquendi affuerit, debent errores pape secundum gratiam  
 eis datam efficaciter reprobare et veritatem contrariam declara-  
 re et quantum in eis est auribus omnium inculcare. Unde ut uno  
 verbo quid sentiunt manifestent, dicant quod more bellatorum  
 qui hostes suos aperte et per insidias et omnibus modis licitis  
 quos excogitare valuerint debellare nituntur, debent predicatorum  
 et doctores seu magistri aperte et per insidias publice et occulte  
 65 ac modis sibi convenientibus perfidiam pape heretici expugnare,  
 nec aliter a culpa fautorie pravitatis heretice sunt immunes, quia  
 non caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori de-  
 sinunt obviare (Extra, *De homicidio, Sicut*). Quod intelligendum  
 est cum quis potest manifesto facinori obviare et non apparet in  
 70 promptu quod per alium facinus manifestum valeat prohiberi.

Et ideo si papa hereticus laboraret inficere orthodoxos, doctores  
 et predicatorum regionum ad quas doctrina pestifera pape he-  
 retici perveniret, ne illarum incole regionum averterentur a fide  
 deberent viriliter obviare, nec carent in hoc casu scrupulo socie-  
 75 tatis occulte nisi doctrine erronee pape obviarent si in regionibus  
 illis non essent alii qui doctrine pape erronee scirent, vellent, et  
 possent resistere. Et ita predicatorum et doctores in Francia com-

---

56 lectionibus] et *added* Ly 57 secretisque] ceterisque Ly 57 quandoque]  
 quando Ly quancumque We 60 ut] nutu Ly 60 uno] et Ly 61 quid]  
 quod Bb We 61 dicant] dicunt We dicantque ut Ly 63 valuerint] noluerint  
 Bb We voluerint An Fi 64 et occulte] *omitted* Ly 65 convenientibus]  
 congruentibus We 67 caret] carent Bb 68–69 (extra ... obviare] *omitted*  
 An 68 sicut)] est Bb An Fi Ly 70 promptu] prompto Bb 70 prohiberi]  
 prohibere Ly 71 laboraret] laboret An Fi laboraverit Ly 72 quas] quos Ly  
 74 caret] carerent Ly

morantes tenentur doctrinam pape erroneam reprobare priusquam doctrina eadem in Francia ceperit publicari, vel probabiliter dubitatur quod aliquos corrumpet in Francia nisi resistatur eidem. Sic predicatorum et doctorum Italiae debent ab eadem doctrina mortifera preservare Italiam, vel si in aliqua sui parte infecta fuerit debent conari purgare eandem. Et consimiliter de predicatoribus et doctoribus aliarum regionum in quibus morantur est dicendum. Si vero in Francia vel in alia regione sunt aliqui predicatorum et doctores seu magistri qui sufficienter eandem regionem a dicta doctrina preservant vel expurgant, alii predicatorum et doctores vel magistri regionis eiusdem non tenentur de necessitate salutis doctrine illi obviare, ex quo per alios ei sufficienter resistitur. Sed ubi alii deficerent, ipsi se opponere murum pro fide catholica contra papam hereticum tenerentur, alioquin in fautoriam pravitate heretice inciderent iuxta auctoritatem superius allegatam (“nec caret scrupulo etc.”)

**Discipulus:** Videtur quod illa auctoritas et consimiles non debent de quibuscunque intelligi sed de illis tantummodo qui sunt super alios potestatem habentes, quales non sunt predicatorum et doctores nisi fuerint prelati.

**Magister:** Dicunt quidam quod hic erras aperte quia auctoritas illa et consimiles debent intelligi non solum de prelati sed etiam de sociis et subiectis, quod primo per decretalem supra allegatam (Extra, *De homicidio, Sicut*) videtur aperte probari. Conditor enim decretalis illius, scilicet Alexander tertius, loquitur de oc-

79 publicari] pullulare We 80 corrumpet] corrumperet Ly 82 vel] ut Ly 84 morantur] moratur Bb An Fi 85 in<sup>2</sup>] omitted We aliqua added An Fi 85 sunt] sint Fi 85 et] vel We 86 dicta] omitted We 87 doctrina] pape heretici added We 87 et] vel An 88 vel] et An 89 illi] pape erronee We 89 ei] eidem We 89 resistitur] resistit Ly 90 opponere] ponere Ly 91 tenerentur] tenentur Fi An We deberent Ly 92–93 (“nec ... scrupulo] omitted Ly 94 consimiles] similes Bb 95 de<sup>1</sup>] in An Fi 95 quibuscunque] aliquibuscunque An Fi 95 sunt] sic Ly 96 habentes] habent Ly 99 consimiles] consimile Bb 100 primo] omitted Ly 100 per] super Bb An 101 homicidio] homicidio Ly homicido 101 sicut] satis Ly

cisoribus beati Thome *Cantuariensis* et de illis qui  
associaverunt eosdem quorum diversi diversimode

culpabiles extiterunt. De  
105 quibusdam autem eorum dicit in hec verba: “illi etiam, qui non,  
ut ferirent, sed, ut percussoribus opem ferrent, si forte per alio-  
rum violentiam impedirentur, paulo minori debent pena mulctari,  
quia, cum scriptum sit, qui potuit hominem liberare a morte  
et non liberavit, eum occidit, constat ipsos ab homicidii reatu  
110 immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios prestare  
venerunt, nec caret scrupulo societatis occulte, qui cum possit  
manifeste facinori desinit obviare”. Ex quibus verbis colligitur  
quod Alexander tertius quasi dupliciter probare conatur quod qui  
occisoribus opem prestare venerunt a reatu homicidii minime  
115 sunt immunes. Primo per illud ‘qui potuit hominem liberare etc.’,  
secundo per illud ‘nec caret scrupulo etc.’ Ergo utrumque illorum  
dictorum, scilicet ‘qui potuit hominem liberare etc.’ et ‘nec ca-  
ret scrupulo etc.’ de hiis qui occisoribus opem prestare venerunt  
debet . Illi autem non erant prelati occisorum nec supe-  
120 riores militibus qui erant occisores sed erant socii vel famuli aut

---

103 cantuariensis ] Cantuarensis Bb Fi An Ly 104 eosdem ] eos Ly 105  
quibusdam ] quibus Fi Ly 105 autem ] *omitted* Ly 105 eorum ] *omitted* Ly  
106 percussoribus ] persecutoribus Ly 107 violentiam ] violentias Ww 107  
paulo ] Paolo We 108 qui ] quia Bb 108 a morte ] *omitted* Ww 109 ipsos ]  
autem Ly *omitted* Ww 110–111 prestare venerunt ] prestant Ly 111  
venerunt ] venerint We 111 caret ] carent Ly 111 cum possit ] *omitted*  
Ww 112 manifeste ] manifesto Fi Ly 114 venerunt ] venerint Ly 115 primo  
] modo *added* Ly 115 qui ] quod An Fi 116–117 etc’ ... etc’ ] *omitted* Fi  
117 et ] *omitted* Ly 118 scrupulo ] *omitted* We 118 venerunt ] venerint  
We Ly 119 debet ] de Bb 120 aut ] ac We Ly

---

105–112 col. 795 108 Proverbs 24:11 108–109 Gloss, s.v. qui potuit col.  
1699. Cf. also dis. 83 c. 4; Gratian, *dictum ante* c. 1, col. 293

subditi eorumdem. Ergo tales auctoritates ‘qui potuit hominem liberare etc.’, ‘nec caret scrupulo etc.’ et consimiles non solum de prelatibus et superioribus et super alios potestatem habentibus sed et de omnibus debent intelligi, quod verum est pro tempore necessitatis, cum non apparet alius in promptu qui velit et valeat proximum a periculo liberare. 125

Quod etiam tales auctoritates ‘qui potuit etc.’ et ‘nec caret scrupulo societatis occulte etc.’ de sociis et de omnibus debeant intelligi probatur secundo sic. Non minus tenetur quilibet socius et subditus vel prelati subvenire necessitati spirituali proximi quam corporali. Sed quilibet tempore necessitatis, ubi non apparet alius qui proximo subveniat, tenetur opera misericordie corporalia proximo, si potest, impendere. Ergo multo magis quilibet subditus, socius et prelati opera misericordie spiritualia, si convenienter potest cum non apparet alius qui subveniat, tenetur tempore necessitatis proximo exhibere. Manifesto autem facinori obviare cum quis convenienter potest, proximum ne doctrina pape heretici inficiatur erronea preservare, regionem totam vel pro parte doctrina erronea pape infectam per sermones, informationes, exhortationes et scripturas catholicas expurgare, et consimilia, sunt inter opera misericordie spiritualia computanda. Ergo ad ista et consimilia tempore necessitatis cum non apparent (ne-

---

122 etc ] **et non liberat eum occidit** We 122 scrupulo ] societatis *added* We 123 et<sup>2</sup> ] *omitted* Ly 124 sed et ] sed We sed etiam Ly 124 debent ] debet Bb An Fi 127 ‘qui ... et ] *omitted* Bb Fi An We 128 scrupulo ... occulte ] *omitted* Ly 128–129 debeant ] debeat Bb An Fi 130 et ] *omitted* Ly 130 vel ] ac We 132 misericordie ] minime Bb 134 socius ] *omitted* We Ly 134 et ] *omitted* We 135 cum ] *omitted* Fi 137 cum ] *omitted* Bb 137 potest ] et *added* Ly 137 proximum ] proximus Bb tenetur *added* Ly 138 preservare ] et *added* Ly 139 pro parte ] partem An We 140 expurgare ] expugnare Na 142 apparent ] appareant Ly 142–143 neque<sup>1</sup> ] *omitted* Ly



que prelati neque alii) qui velint vel possint talia operari, quilibet  
 sive socius sive subditus qui convenienter potest, ista debet pro-  
 145 ximis de necessitate salutis impendere. Ex quibus colligitur quod  
 si predicatorum et doctorum seu magistrorum sive in sermonibus et lec-  
 tionibus publicis sive per informationes occultas possunt aliquos  
 vel aliquem a doctrina pape erronea revocare et non faciunt, nec  
 apparet alius qui hoc faciat, sunt fautores heretice pravitate, nec  
 150 carent scrupulo societatis occulte ex quo possunt et (non apparet  
 alius qui velit et possit) manifesto facinori desinunt obviare.

**Discipulus:** Quid si metu mortis tali facinori desinunt obviare.

**Magister:** Videtur quibusdam quod si probabiliter crederent  
 quod possent aliquos a doctrina pape erronea revocare, nec proba-  
 155 biliter reputarent quod alio tempore, si viverent, maiorem possent  
 facere fructum, peccarent mortaliter obmittendo metu mortis alios  
 a doctrina pape erronea revocare. Verumptamen propter metum  
 mortis excusarentur in tantum quod sententiam excommunicationis  
 nequaquam incurrerent, quemadmodum si quis inter sarrace-  
 160 nos et infideles alios constitutus metu mortis negaret Christum,  
 et veneretur Machometum, peccaret mortaliter sed sententiam  
 excommunicationis evaderet.

### *Capitulum 49*

---

143 vel] et We 144 debet] debent An 145 quibus] verbis *added* Na 148  
 aliquem] aliquas Ly 148 a] *omitted* Bb 148 revocare] retrahere Ly 149 qui  
 ... faciat] **qui illas personas vel illam velit et possit a doctrina pestifera**  
**revocare** We Ba 152 discipulus ... obviare] *omitted* Fi 154 quod] si *added* Ly  
 154 possent] possunt Ly 156 alios] alio Fi Na a summo(?) We 157 pape]  
*omitted* Ly 160 et] *omitted* Bb Fi An We

---

**Discipulus:** Inquisivimus de predicatoribus et doctoribus si teneantur doctrinam pape erroneam reprobare. Nunc dissere de illis predicatoribus et doctoribus qui impugnatores pape heretici improbarent vel persequerentur aut quomodolibet infestarent. 5

**Magister:** Circa hanc interrogationem videtur aliquibus distinguendum *quod* improbare impugnatores pape heretici contingit dupliciter. Uno modo eorum assertiones per auctoritates et rationes solummodo convincere satagendo, alio modo personis eorum detrahendo, vel in *perpera* irrogando, aut persecutionem quamlibet procurando, vel contra ipsos alios provocando, seu eis per se vel per alios molestiam quamlibet inferendo. Item, aut assertio pape erronea est dampnata explicite aut solummodo implicite. Item, si est dampnata explicite aut predicatorum et doctorum qui non impugnant ipsam possunt faciliter scire quod assertio pape est dampnata explicite aut non possunt hoc faciliter scire. Item, aut sciunt papam a viris in sacra pagina eruditis de certis articulis fortiter **impugnari** aut nesciunt. 10 15

**Discipulus:** Quomodo potest contingere quod aliqua assertio pape erronea sit dampnata explicite et tamen quod predicatorum seu doctorum hoc non possunt faciliter scire. 20

**Magister:** Respondetur quod hoc potest contingere propter ignorantiam predicatorum et doctorum et propter defectum librorum. Multi enim sunt predicatorum et doctorum tam simplices et tam parvam scripturarum habentes notitiam et peritiam, quod 25

---

2 et doctoribus] *omitted* Ly 2 si] an We 5 improbarent] impugnarent Bb An We 5 persequerentur] sequerentur Ly 7 quod] quia Vc We 9 solummodo] solomodo We 10 in] *omitted* Bb An 10 perpera] **Kn:** properia Bb We perperia An Fi propria Ly 12 quamlibet] cuilibet An quomodolibet We 13 pape] heretici Ly 13 aut] *omitted* Ly 13 solummodo] solum Bb Fi We vel *added* Ly 13 implicite] explicite We 14 item ... dampnata] *omitted* An 14 explicite] *omitted* An Ly 14 aut] ad An 14–16 doctores ... aut] *omitted* We 15 ipsam] ipsum An We Ly 16 hoc] *omitted* Ly 18 impugnari] **Vc:** impugnare Ww 19 aliqua] aliquo Bb 24 et doctores] *omitted* We 25 notitiam et] *omitted* We

veritates quam plurimas sanctarum scripturarum ignorant et de  
determinationibus ecclesie parum vel nichil sciunt. Multi etiam  
eorum ad copiam scripturarum in quibus veritates catholice plures  
explicitate approbantur et per consequens falsitates contrarie repro-  
30 bantur et condempnantur faciliter pervenire non possunt. Sicut, ut  
dicunt, pauci preter fratres Minores habent decretalem Nicholai  
tertii in qua explicitate approbatur quod abdicationem proprieta-  
tis omnium rerum Christus verbo docuit et exemplo firmavit et  
per consequens falsitas contradictoria est explicitate condempnata.  
35 Condempnationem etiam summorum pontificum qui magistros  
quosdam parisienses dampnantes statum mendicantium condemp-  
naverunt, pauci habent preter fratres Predicatores et Minores, et  
ita multi ad scripturas continentes dampnationem talium heresum  
facile pervenire non possunt. Quidam autem a peritis longe di-  
40 stant, nec adest eis opportunitas consulendi peritos, quare si non  
sunt in scripturis excellenter instructi non facile scire possunt ta-  
les hereses esse explicitate condempnatas.

**Discipulus:** De exemplis adductis in secundo tractatu De dog-  
matibus Iohannis 22 loquemur, per que, quamvis malitiose ab  
45 emulis adducantur, intelligo quomodo aliqui predicatorum seu docto-  
res de quibusdam heresibus non possunt faciliter scire an sint

26 sanctarum] *omitted* An 26 ignorant] ignorent An Fi 26 de] *omitted*  
Bb Fi 27 etiam] *omitted* Ly 28 ad copiam] propter inopiam Ly 29–30  
reprobantur et] explicitate We 30 sicut] Ut Ly 30 ut] *omitted* Ly 32  
approbatur] probatur An 32 abdicationem] abdicaciones Ly 33 verbo]  
verborum Bb Fi 33 firmavit] confirmavit Ly 34 falsitas] veritas We  
34 contradictoria] contradictionis Ly 34 condempnata] et *added* We 35  
condempnationem] condempnatione Ly 37 predicatorum] *omitted* Fi 38 ad]  
istas *added* Ly 39 possunt] *omitted* Bb 39 autem] etiam We 41 sunt]  
*omitted* Fi 44 loquemur] loquuntur Ly 45 adducantur] abducantur Bb Fi  
An 46 quibusdam] quibus An Fi

31–33 Liber Sextus, *Exiit qui seminat*, col. 1112 35–37 Alexander IV, *Non sine multa* (1257): cf. Ockham, OP III, p. 115

explicite condempnate. Quamobrem enarra qualiter per prescriptas distinctiones ad interrogationem propositam respondetur.

**Magister:** Respondetur quinque conclusiones tenendo. Quarum prima est, quod predicatorum et doctorum assertiones impugnantium papam hereticum de assertionem que non est dampnata explicite improbant, solo sermone **nitendo** convincere per rationes et auctoritates quod assertiones eorum contrarie assertioni pape heretici non continent veritatem, non sunt censendi fautores heretice pravitate, nec ex hoc solo sunt reputandi peccare mortaliter. Hec conclusio probatur per hoc quod theologi possunt absque fautoria heretice pravitate et absque peccato mortali circa assertiones theologicas que non sunt explicite approbate nec explicite condempnate contrarie opinari, et opiniones suas contrarias rationibus et auctoritatibus fulcire conari. Ergo licet papa hereticus et impugnatores eius teneant opiniones contrarias, absque fautoria heretice pravitate et absque peccato mortali possunt predicatorum et doctorum assertionem pape que in rei veritate est heretica, licet hoc nesciant, conari probare et assertionem contrariam improbare.

**Discipulus:** Contra hanc conclusionem et probationem eius michi due obiectiones occurrunt. Quarum prima est quod si assertio pape non est dampnata explicite non est propter eam hereticus iudicandus. Ergo impugnantes papam propter eam asserendo

---

47 qualiter ] *omitted* We 47 per ] *omitted* Bb 47–48 prescriptas ] scriptas Fi 48–49 respondetur. Magister: ] *omitted* An 52 improbant ] impugnantes Fi An 52 nitendo ] **Vc:** intendo Bb An Fi intendendo We Ly 52 convincere ] convincendo Ly quod *added* Fi 53 quod ] que An 56 mortaliter ] Et *added* We 56 theologi ] catholici Ly 57 fautoria ] fautor Bb 57 absque<sup>2</sup> ] *omitted* Ly 58 theologicas ] catholicas Ly 58 approbate ] approbata We 60 conari ] *omitted* Ly 62 fautoria ] fautor Bb 64 probare ] probari An Fi 64 et ] *omitted* Ly 68 explicite ] tanquam heretica *added* Ly 68 est<sup>2</sup> ] erit Ly *omitted* Bb 69 propter eam ] propter ea Ly 69 asserendo ] eam hereticus est iudicandus ergo impugnantes papam propter eam *added* An Fi

- 70 eum esse hereticum sunt merito **confundendi**. Secunda obiectio  
est contra hoc quod dicitur et innuitur quod licet predicatorum et  
doc- tores conentur auctoritatibus et rationibus improbare  
assertionem impugnantium hereticam assertionem pape, non  
sunt censendi fautores heretice pravitatis. Hoc enim non  
videtur verum. Nam
- 75 nullus potest plus favere heretice pravitati quam conando eam  
auctoritatibus et rationibus approbare et ostendere veram esse.  
Si ergo aliqui moliuntur rationibus et auctoritatibus comprobare  
assertionem pape que est heretica esse veram et assertionem  
contrariam esse falsam, videtur quod censendi sunt fautores  
80 heretice pravitatis.

**Magister:** Ad primam respondetur quod licet assertio pape  
non sit dampnata explicite, in casu est licitum asserere et tenere  
papam esse hereticum. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum  
quod si assertio pape non est dampnata explicite, aut papa  
85 eam tenet solummodo opinando (et tunc licet scientibus in rei veritate  
eam esse hereticam asserere quod est heretica sed non licet  
eis dicere nec asserere papam esse hereticum, quia ex quo papa  
solummodo opinando dicit eam non est hereticus reputandus), aut  
papa talem heresim non dampnatam explicite non opinando sed  
90 pertinaciter asserendo tenet, que pertinacia, sicut patet ex libro  
quarto huius, potest diversimode deprehendi, et in hoc casu licet  
catholicis scientibus papam heresim dampnatam solummodo im-  
plicitate pertinaciter asserere et tenere, non tantummodo affirmare

---

70 esse ] *omitted* An 70 confundendi ] **Vc:** confudendi Bb We confutandi An  
Fi puniendi Ly 71 hoc ] illud Ly 72 conentur ] conantur Ly 75 plus ]  
*omitted* Bb 76 approbare ] probare We 76 ostendere ] eam *added* Ly 76  
veram esse ] *omitted* We 77 comprobare ] probare contrariam Ly 78 pape  
] heretici *added* An Ly 78 veram ] falsam Ly 78 – 79 et ... falsam ]  
*omitted* An Ly 79 sunt ] sint Bb Fi 82 casu ] tamen *added* Ly 82 tenere ]  
tene Bb 88 est ] *omitted* We 90 que ] quod Bb An est *added* Ly 90  
pertinacia ] quia *added* Ly 90 libro ] *omitted* Bb Ly 91 diversimode ] de  
pertinacia *added* Ly 92 dampnatam ] non *added* Bb An Ly

---

90–91 1 Dial. 4, *passim*

assertionem pape esse hereticam, sed licet eis sentire quod papa est hereticus. Periculose tamen hoc publice assererent quia forte hoc probare non possent, et forsitan extra concilium generale et in absentia catholice pape, quamvis esset verum non deberent hoc publice affirmare. 95

Ad secundam obiectionem respondetur quod ad fautoriam heresis que non est dampnata explicite non sufficit quod quis eandem rationibus et auctoritatibus munire conetur, sed ultra hoc requiritur quod pertinaciter seu inique talem heresim rationibus et auctoritatibus fulcire sive alias munire conetur, quemadmodum ad hereticam pravitatem non sufficit quod quis errando heresi adhereat, sed requiritur quod pertinaciter adhereat. 100 105

**Discipulus:** Indica que sunt alie conclusiones quas tenet predicta opinio.

**Magister:** Secunda conclusio est quod predicatorum et doctorum qui impugnatores doctrine erronee pape quantum ad assertionem non dampnatam explicite, non solum rationibus et auctoritatibus sed etiam detrahendo et in **perpera** irrogando aut contra eos alios provocando vel eis per se vel per alios molestiam quomodolibet inferendo, impugnant, peccant mortaliter et sunt fautores heretice pravitatis. Quia qui propter bonum et licitum infert alteri nocumentum notabile, peccat mortaliter, et si propter impugnationem licitam heretice pravitatis infert alteri nocumentum, est fautor heretice pravitatis. Sed impugnare assertionem pape hereticam licet non sit dampnata explicite est bonum et licitum. Ergo predicatorum et doctorum qui propter impugnationem huiusmodi inferunt 110 115

94 sed] licet Bb 96 probare] reprobare Ly 96 in] *omitted* Bb 97  
deberent] debent Ly 100 que] *omitted* An 100 dampnata] dampnatam An  
100 explicite] *omitted* Ly 101 conetur] tenetur Bb 102 et] vel We 103  
munire] minime Fi An We 104 non] modo Bb 109 impugnatores]  
impugnantes An et *added* Bb 109 erronee] heretici Ly 111 in perpera] **Va:**  
in propria Bb in perperia Fi An We impropria Ly 111 alios] *omitted* Fi 112  
eis] *omitted* Ly 112 alios] aliquos Fi 114 quia] *omitted* Bb 114 et]  
*omitted* Ly 117 impugnare] reputare Ly

120 impugnantibus nocumentum notabile peccant mortaliter et sunt  
 fautores heretice pravitatis. Hoc autem faciunt qui eis detrahunt  
 et in **perpera** et contumelias irrogant, et qui contra eos alios pro-  
 vocant vel per se vel per alios molestiam irrogant. Ergo peccant  
 mortaliter et sunt fautores heretice pravitatis.

125 Tertia conclusio est quod illi predicatorum et doctores qui im-  
 pugnatorem pape heretici propter assertionem dampnatam expli-  
 cite quam non possunt faciliter scire esse dampnatam explicite  
 propter imperitiam in scripturis auctenticis, aut propter defectum  
 librorum, aut propter quamcunque aliam causam propter quam

130 nesciunt papam de heresi **impugnari**, impugnant, assertionem  
 pa- pe solummodo rationibus et auctoritatibus satagendo  
 munire et assertionem contrariam rationibus et auctoritatibus  
 tantummodo improbando conando, non peccant mortaliter nec  
 sunt fautores he- retice pravitatis censendi, quia absque peccato  
 mortali potest quis,

135 dummodo pertinaciam non adiungat, opinando negare assertio-  
 nem catholicam etiam explicite approbatam, et contrariam here-  
 ticam assertionem dampnatam explicite opinari. Si enim aliquis  
 non habens memoriam de historia libri Regum absque pertinacia  
 diceret et rationibus aliquibus confirmaret quod David non habuit

140 simul plures uxores, non peccaret mortaliter nec esset fautor he-  
 retice pravitatis. Sic dicunt aliqui quod licet quidam qui nunquam  
 viderunt decretalem Nicholai tertii *Exiit qui seminat* opinarentur,  
 et suam opinionem auctoritatibus et rationibus confirmare stude-  
 rent, quod Christus habuit alicuius rei proprietatem, quamvis hoc

145 facerent imitando papam hereticum qui hoc diceret, non pec-

120 notabile] *omitted* An 122 et<sup>1</sup>] vel We 122 in] *omitted* An etiam Ly  
 122 perpera] **Kn**: properia Bb We perperia An Fi opprobria Ly 122 qui ]  
*omitted* Ly 123 vel<sup>1</sup>] eis *added* We 123 irrogant] inferrunt We 125–126  
 impugnatorem] impugnantes Bb An 128 aut] Ly: et Ww 130 impugnari]  
 impugnare Ww 131 solummodo] assertionibus *added* An 133 conando]  
 tacendo Ly 134 potest] *omitted* Bb 135–137 assertionem ... hereticam]  
*omitted* Fi 137 enim] est *added* Ly 138 regum] qui *added* Ly 140 non]  
 nec Ly 141 quidam] aliqui We 142 tertii] que incipit *added* We 145  
 imitando] imitando Bb Fi An 145–146 peccarent] peccaret Bb

138–140 2 Samuel 2:2

carent mortaliter si dictam decretalem *Exiit* faciliter habere non possent, nec scirent papam propter assertionem predictam a viris eruditis in sacra pagina impugnari, quia opinari heresim dampnatam explicite nescienter potest quis absque peccato mortali et fautoria heretice pravitate, dummodo pertinacia nullatenus misceatur. 150

Quarta conclusio est quod predicatorum et doctorum qui impugnantes papam hereticum pro assertionem hereticam dampnatam explicite quam possunt faciliter scire esse dampnatam explicite et propter quam sciunt papam de heresi impugnari, reprobant aut 155 impugnant, peccant mortaliter nec a fautoria pravitate heretice sunt immunes. Quia tantum zelum debent habere de fide catholica *quam* honori et favori cuiuslibet mortalis preferre tenentur, quod cum nuntiatur eis papam in certo articulo contra fidem catholicam errare, si de eadem assertionem se intromittere approbando vel 160 reprobando proponunt, non debent negligere querere diligenter an assertio pape sit condemnata, et ita si possunt faciliter scire assertionem eandem esse dampnatam explicite seu contrariam veritatem esse explicite approbatam, nullatenus a peccato mortali et a fautoria heretice pravitate excusarentur si impugnantes 165 assertionem pape erroneam improbare presumunt.

Quinta conclusio est quod predicatorum et doctorum impugnatores doctrine erronee pape heretici dampnatam explicite, sive

147 papam ] papa We *omitted* An Fi 147 propter ] per Bb Fi An 148  
impugnari ] impugnandum Ly 153 heretica ] *omitted* Vc We  
154 possunt ] possent We 155 de ] *omitted* Fi 158 quam ] quod Ww 158 quod  
] quia An 159–160 catholicam ] *omitted* We 160 si ] se Ly 160 se ] *omitted*  
An 161 negligere ] sed *added* Ly 162 possunt ] possent Ly 162 faciliter ]  
facile Ly 163 contrariam ] illam Ly 165 a ] *omitted* An 165 excusarentur ]  
excusantur An 165 si ] sed An Fi 166 improbare ] impropare We 166  
presumunt ] presumant Ly 167 quod ] quia Ly 167–168 impugnatores ]  
impugnare Bb



170 sciant sive ignorent eam esse dampnatam explicite, propter impu-  
gnationem huiusmodi persequuntur, eis detrahendo vel contume-  
lias aut in **perpera** irrogando, vel contra eos alios provocando seu  
per se aut per alios molestiam quomodolibet inferendo, peccant  
mortaliter et sunt fautores heretice pravitatis reputandi. Gravius  
175 tamen peccant illi qui sciunt doctrinam pape esse erroneam quam  
illi qui ignorant.

**Discipulus:** Quare non possunt ignorantes per ignorantiam ex-  
cusari.

**Magister:** Respondetur quod ignorantia iuris quod quis sci-  
re tenetur non excusat. Hoc autem scire tenetur quod  
180 impugnantes aliquam doctrinam tanquam erroneam non sunt ali-  
qualiter molestandi nisi certitudinaliter constet eos falso vel in-  
ique impugnare doctrinam eandem. Quare cum, si doctrina pape  
sit erronea, non possit constare quod impugnatores ipsius prop-  
ter solam impugnationem eam falso impugnant vel inique (quia  
185 huiusmodi impugnatio est licita), non sunt propter impugnationem  
huiusmodi aliquantulum molestandi.

### *Capitulum 50*

**Discipulus:** Puto quod ad probandum omnes conclusiones pre-  
dictas rationes et auctoritates quamplures, si cogitares, scires ad-  
ducere, quas omnes causa brevitatis omitte, et dic breviter quid  
5 sentiendum esset de doctoribus et magistris qui doctrinam pape

---

169 ignorent] ignorant Bb 169 eam] *omitted* Bb 171 in] *omitted* An Fi Ly 171  
perpera] **Kn:** properia Bb We perperia An Fi impropria Ly 171 alios] *omitted* Ly  
171 seu] aliter *added* Ly 172 per se] *omitted* Bb 175 ignorant] ignorant Fi 178  
quod<sup>2</sup>] quo semper *added* Ly 181 falso] false Ly 183 quod] per *added* An We  
184 falso] false Ly 184 impugnant] impugnat We 184 vel] et Ly

2 omnes] *omitted* An 5 sentiendum] faciendum Ly

---

manifeste erroneam defensare aut excusare quomodolibet niterentur, doctrinas autem aliorum (et maxime pauperum) disputabiles et excusabiles, imo veras et catholicas, licet doctrinis quorundam theologorum contrarias, dampnare et pervertere ac ad malum sensum trahere conarentur.

**Magister:** Respondetur quod talium doctorum nequitia faciliter describi non potest, quia tales ab omni amore et zelo veritatis sunt penitus alieni, ostendentes aperte quod nequaquam amore scientie *et* veritatis ad magisterium ascenderunt, sed propter gulam aut honores vel divitias obtinendas in studio laboraverunt.

**Discipulus:** Quibus vitiis sunt tales censendi impliciti.

**Magister:** Respondetur quod tales sunt acceptatores personarum. Talibus enim loquitur Isaias 5 capitulo, dicens: “Vē qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti auferitis ab eo”. Tales enim doctores qui iustificant papam hereticum ‘pro muneribus’, hoc est pro beneficiis, gratiis et honoribus obtinendis, et ‘iustitiam iusti’ auferunt ‘ab eo’, veritatem sue doctrine perperam pervertendo et ad malum sensum (ut placeant pape heretico) inique trahendo, sunt ‘potentes ad bibendum vinum’, quia inter alios fines malos quos spectant per magisterium obtinere, impletio ventris *cibis* et potibus infimum locum minime tenet, ut de eis vere dicatur illud Apostoli **ad Philip. 3**: “quorum deus venter”

6 defensare ] defendere Ly 6 quomodolibet ] quolibet Bb 7 aliorum ] eorum An Fi 7 et ] *omitted* Bb Ly 8 et excusabiles ] *omitted* Ly 10 conarentur ] conerentur Bb

14 et ] aut Ww 14 ad magisterium ] magistratum Ly 15 honores ] honorem Ly 16 impliciti ] implicate An Fi 17 acceptatores ] acceptores Fi An We 19 miscendam ] miscendum Bb Fi An Ly 20 muneribus ] hoc est pro beneficiis, gratiis et honoribus obtinendis *added* Ly 20 – 21 auferitis ] auferitis We 21 – 23 tales ... eo’ ] *omitted* Ly 22 muneribus ] *omitted* Bb 22 – 23 obtinendis ] obtinendi Bb 24 perperam ] propriam Ly 25 – 26 quia ... magisterium ] *omitted* Fi 26 spectant ] sperant Ly 27 *cibis* ] cibi Bb An Fi Ly 27 potibus ] potus Ly 27 tenet ] tenent An 28 eis ] his Ly 28 vere ] sic *added* Ly 28 ad ] **Vc:** *omitted* Ww

18–21 Isaiah 5:22–23 28–29 Philipians 3:19

- est, quia propter ventrem et honorem et alia terrena commoda  
 30 consequenda et incommoda devitanda laborant in studio et addi-  
 scunt. Unde et de quolibet tali doctore dicit Salomon Prov. 28:  
 “qui cognoscit in iudicio faciem non facit bene. Iste et pro buc-  
 cella panis deserit veritatem”. Ille ‘cognoscit faciem in iudicio’  
 35 defensare quia a papa est tradita et inventa, et doctrinam paupe-  
 ris catholicam et excusabilem, ut pape heretico placeat, contra  
 mentem dicentis ad malum satagit trahere intellectum, qui ‘pro  
 buccella panis’ id est pro uno bono convivio ubi confusionem non  
 metuit temporalem, catholicam paratus est deserere veritatem.  
 40 **Discipulus:** Ex hiis coniiicio quod si unquam aliquis papa fu-  
 turus manifestus erit hereticus, patebit aperte qui doctores illius  
 temporis zelo veritatis catholice et propter hereticos convincen-  
 dos (si unquam insurgerent) in studio laboraverunt, et qui propter  
 terrena scientie operam impenderunt.  
 45 **Magister:** Nonnullis apparet quod hic falleris, quia teste Chri-  
 sto multi “ad tempus credunt et in tempore temptationis  
 recedunt”. Sic forte nonnulli, si papa esset hereticus, bono zelo  
 in principio laborabunt, sed cum venerit tribulatio per papam  
 hereticum suscitanda illi firmissime adherebunt.  
 50 **Discipulus:** Quamvis michi modo appareat quod tempore fu-

---

29 et<sup>2</sup>] propter *added* Ly 29 commoda] *omitted* Ly 30–31 addiscunt] di-  
 scunt Ly 31 28] 38 Ly 32 faciem] suam *added* Ly 32–33 facit ...  
 veritatem] habet etc. Ly 32 et] *omitted* Bb Fi An Ly 34 ideo] non Ly 35  
 defensare] defendere Ly 35 et<sup>2</sup>] *omitted* Ly 36 catholicam] catholica Bb  
 37 mentem] veritatem Ly 37 trahere] trahare We 38 id] hoc We 39  
 deserere] defendere Ly 40 coniiicio] coniecturo Ly 41 erit] esset 43  
 insurgerent]) insurgent Ly 47 sic] Sed Ly 47 esset] erit We 48 sed] et Ly  
 49 suscitanda] sustinenda Fi An We Ly 50 michi] *omitted* We 50 modo]  
 non Ly 50–51 futuri] futuro Ly

turi pape heretici, si fuerit, non possit sciri qui propter zelum veritatis studio vacare ceperunt, tamen satis videbitur manifeste qui erunt sinceri et fortes fidei zelatores, ideo redi ad materiam in isto capitulo disserendam et enumera alia vitia quibus doctores de quibus hic est sermo reputantur impliciti, nec cures alias probationes adducere. 55

**Magister:** Isti doctores putantur fautores heretice pravitatis, ambitiosi, avari, adultores, propter excusationem vel assertionem doctrine erronee pape heretici. Propter perversionem autem aliarum doctrinarum putantur invidi, maliciosi, innocentie persecutores, detractores, diffamatores, calumpniatores, falsorum criminum impositores. Unde et in Spiritum Sanctum multipliciter peccare censentur. Propter utrumque autem vitium falsi, mendaces, fallaces, seductores et fraudulentum creduntur. 60

**Discipulus:** Qua pena essent tales plectendi. 65

**Magister:** Respondetur quod tales omnibus penis que debentur vitiis superius numeratis essent merito percipiendi. Unde dicitur quod sunt excommunicati, et ab omni officio deponendi, imo videtur quibusdam quod essent curie seculari tradendi vel perpetuo carceri mancipandi. 70

### *Capitulum 51*

**Discipulus:** De predictis posset fieri longus tractatus, sed quia cupio quod cito isti tractatui finis imponatur ideo ad religiosos

---

51 fuerit ] erit Bb Fi We 53 qui ] quod An 55 impliciti ] implicati An Va 55 alias ] aliquas We 60–61 persecutores ] et *added* We 62 et ] *omitted* Ly Fi 64 creduntur ] credentur Ly 67 vitiis ] vititiis We 67 numeratis ] enumeratis Ly

3 tractatui ] tractatu Fi

---

62–63 See Matthew 12:31-32, Mark 3:28-29, Luke 12:10

---

5 censeo transferendum, de quibus interrogo an religiosi qui pape  
heretico non resistunt sint inter fautores pravitatis heretice com-  
putandi.

**Magister:** De religiosis distinguitur. Quidam enim religiosi re-  
regulariter aliquos de fratribus suis ad studium theologie transmit-  
tunt, pluribus etiam officium predicationis et confessionis com-  
10 mittunt, multique ex diversis causis per mundum discurrunt et de  
loco ad locum sepius moventur, magnamque communicationem  
habent inter se quamcunque sint per mundum dispersi. Unde  
accidit quod ea que publice fiunt, non solum in curia romana sed  
etiam in studiis generalibus et in aliis locis *frequentoribus*,  
facilius,  
15 certius et distinctius cognoscuntur ab eis.

Alii sunt religiosi qui ex consuetudine in certis locis continue  
residentes loca sua non mutant raroque exeunt claustra sua, nec  
aliquos de fratribus ad studia vel alia loca transmittunt ac in di-  
versis locis manentes parvam vel nullam communicationem inter  
20 se habere noscuntur, et ideo sepe de hiis que in curia romana et  
in aliis locis frequentibus publice fiunt multa ignorant que aliis  
minime sunt ignota.

Si igitur papa esset hereticus publicus, hoc est publice diffi-  
niens assertionem que est heresis explicite condempnata vel pu-  
blice predicans aut docens assertionem contra veritatem apud om-  
25 nes catholicos divulgatam, puta si publice predicaret Christum  
non fuisse natum de virgine, vel resurrectionem non esse futu-

8 studium] studia We 8–9 transmittunt] admittunt Ly transmittant We 9 et]  
*omitted* An Fi 10 multique] multum Bb multumque An Fi 11 magnamque] magnam Bb magnam  
tamen Ly 12 quamcunque] quantumcunque Fi An Ly 14 in<sup>2</sup>] *omitted* An Fi 14  
frequentoribus] frequentatoribus Bb frequentationibus An Fi frequentabilibus Ly 15 et] *omitted* An 18  
vel] ad *added* Ly 18 in] *omitted* Ly 19 communicationem] communicantes An 20 et<sup>2</sup>] vel An Fi  
21 in] *omitted* We 21 frequentoribus] frequentationibus An Fi frequentabilibus Ly 21 ignorant]  
ignorent An Fi 24 condempnata] condempnatam An 25–26 omnes] *omitted* An Fi

ram, aut non esse infernum nec aliquas animas cruciari in inferno, contra primos religiosos esset violenta presumptio quod minime ignorarent papam esse hereticum quia tales religiosi ea que publice fiunt in curia romana non ignorant. Tot enim litteras sibi mutuo scribunt, precipue de novitatibus que contingunt, quod vix aliquid notabile fit in curia romana quin cito et in brevi tempore in omnibus locis eorum per universum orbem publice cognoscatur, et ideo si adhererint pape heretico postquam eius perfidia fuerit publicata, presumendum est quod scienter adhererent pravitate heretice et ideo fautores heretice pravitatis sunt censendi si dixerint vel tenuerint papam esse catholicum et fidelem.

**Discipulus:** Quid si non dixerint papam esse catholicum et fidelem, tamen sibi obediunt nichil de eius fidelitate vel infidelitate se aliqualiter intromittendo.

**Magister:** Respondetur a quibusdam quod in hoc casu, si non possunt perfidiam pape ne transfundatur ad alios prohibere, non sunt censendi fautores pravitatis heretice, sed sunt putandi fautores heretici, quia ex quo perfidiam pape heretici prohibere non possunt, nec credentes erroribus suis corrigere, nec ne alii credant eius erroribus impedire, tacendo de eius perfidia non videntur culpam incurrere, sed obediendo sibi a culpa minime sunt immunes.

**Discipulus:** Dic de aliis religiosis.

**Magister:** De aliis dicitur quod non est presumptio tam violenta contra eos quod sciant vel teneantur scire papam esse hereticum, et ideo non sunt subito iudicandi favere heretice pravitati, vel quod peccent pape heretico obediendo, sed examinandi sunt

29 primos ] predictos Ly 30 ignorarent ] ignoraret Bb ignorent An Fi 31 ignorant ] errant An Fi cum *added* Ly 31 enim ] *omitted* Ly 32 precipue ] *omitted* Ly 35 postquam ] fautores sunt cum Ly 35 eius ] sua We 36 est ] *omitted* Bb 39 et ] vel An Fi 40 nichil ] vel Bb Fi An *omitted* Ly 40 vel infidelitate ] *omitted* Ly 47 eius<sup>1</sup> ] suis We 47 impedire ] impediere We 51 eos ] *omitted* Bb 51 quod ] qui An 51 teneantur ] eam *added* An 52 subito ] subdito Bb An Fi 53 quod ] quia Ly

28 An oblique allusion to Pope John XXII's sermons on the Beatific Vision

55 sollicite an sciant papam esse hereticum vel propter illa que au-  
dierunt teneantur hoc scire, et secundum hoc vel culpabiles vel  
a culpa liberi sunt censendi. Si enim ignorant papam esse hereti-  
cum et non laborant ignorantia crassa et supina, obediendo pape  
heretico ab omni culpa sunt immunes. Si vero sciunt papam esse  
60 hereticum vel ignorant quia nolunt scire, aut laborant ignorantia  
crassa et supina, obediendo pape heretico peccant mortaliter nec  
possunt a culpa aliquo modo excusari.

**Discipulus:** Quid spectat ad religiosos facere si papa fuerit  
hereticus.

65 **Magister:** Respondetur quod ad primos religiosos si fuerint  
predicadores vel confessores aut lectores, quando predicant et le-  
gunt aut confessiones audiunt spectat, debitis circumstantiis ob-  
servatis, auditoribus suis perfidiam pape heretici nuntiare ut ca-  
veant pestiferam doctrinam eius. Ad alios autem quando vadunt  
per mundum spectat ut, quando est opportunitas, illis quibus lo-  
70 quuntur non publice predicando sed loquela simplici perfidiam  
pape heretici studeant intimare. Ad alios autem religiosos, si sci-  
verint papam esse hereticum, hoc spectat quod sibi tanquam pape  
nullo modo obediant, et quod modis sibi congruentibus alios ab  
obedientia eiusdem revocare tenentur.

55 teneantur] tenentur An 55 hoc<sup>1</sup>] *omitted* We 55 scire] papam esse  
hereticum *added* We 56 ignorant] ignorant An Fi 58 vero] enim An 59  
hereticum] quia *added* Ly 59 ignorant] vel *added* Ly 59 aut] et Ly 61 a  
culpa] *omitted* Ly 61 aliquo modo] aliter Ly 65 lectores] rectores Bb An  
65 et] vel Ly 65–66 legunt] legent Fi 66 debitis] de vitiis An 67 suis]  
sive eis confitentibus *added* We 67–68 caveant] teneant An 68 eius]  
eiusdem We 69 spectat] *omitted* Ly 70 predicando] predicande Bb 70 sed]  
*omitted* Bb 71 intimare] nuntiare Ly 71–72 sciverint] sciverunt An Fi Ly  
73 quod] *omitted* Ly 73 congruentibus] convenientibus An Fi 74 tenentur  
] conentur We